



3

Dv 1502

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK

— Medizinische Abt. —

DÜSSELDORF

V 822

3.



COMMENTARIUS
MEDICO-PRACTICUS
IN
PHARMACOPOEÆ SUECICÆ
EDITIONEM SEPTIMAM.

AUCTORE
NIC. JOH. BERLIN.

LUNDÆ,
TYPIS BERLINGIANIS,
MDCCCLXIX.
SUMPTIBUS C. W. K. GLEERUP.

COLLEZIONE
di DEDICATOIE
e PARTECIPAZIONI
di LIBRI
EDIZIONI SEPZIALI
e ALTRI DOCUMENTI
di VARI AUTORI
e SOCIETÀ
di VARI PAESI
e DI VARI SECOLI
e DI VARI GENRE

Signorum explicatio:

ꝝ Materiem denotat, nisi ex præscripto medici vel
permissu Superiorum non distribuendam, quæ cum ceteris,
eodem signo notatis, separatim asservanda est.

ꝝꝝ Materiem denotat, nisi ex præscripto medici vel
permissu Superiorum non distribuendam, quæ una cum
ceteris, eodem modo signatis, in armariis obseratis asser-
vetur.

* Materiem denotat, quam in officina pharmaceutica
promptam habere non necesse est, nisi medicus antea po-
stulaverit.

pd. pro dosi.

dd. de die.

d. r. dosi refracta.

2—3—4 dd. bis, ter, quater de die.

< crescendo.

gm gramma vel grammata.

egm centigrammata.

mgm milligrammata.

tabularum medicamentorum

Iuxta tabulam solitariam hoc est tabula medicamentorum
privatis non sumpturnb; sed non numeris quod medicamenta
hac tabulam obligatorie adhibenda non numeris
utriusque numeri tabula medicamentorum.

Canones.

6. Quae in Tabulis B et C enumerantur medicamenta,
ea privatis numquam dispensentur, nisi ad usum distincte
indicatum (externum vel internum) præscripta fuerint, nec
ubi ad internum usum adhibenda erunt, nisi doses accu-
rate fuerint definitæ.

7. Si ad internum usum præscripta fuerit major
medicamentorum vehementium dosis, quam quæ in Tabula
A indicatur, ea ne dispensemetur nisi vel signum exclama-
tionis! vel verbum *sic* a medico adscriptum sit.

tabularum hoc numeris utriusque

tabularum medicamentorum

tabularum medicamentorum

Absinthii summitates, vide Herb. Abs.

Acetas cupricus. Ättifjyrad kopparoxid. Vis tonica, antispasmodica, emetica, venenosa; externe adstringens, irritans, caustica. Usus internus obsoletus; externus, vide Sulphatem cupricum. *Charta ad Fonticulos.*

ꝝ **Acetas morphicus.** Ättifjyrad morfin. Vis anodyna, sedativa, antispasmodica, hypnotica, circulationem parum tantum excitans, nec secretiones, ut opium, cohibens. Cgm 4—5! < 5—10 pd., si reqviritur 2—3 dd. in pulvere vel pilulis vel in solutione (cum gtt. Acid. acet.). Externe in enemate, unguento, injectione hypodermatica. Præstat ejus loco adhibere Chloretum morphicum, compositionis haud mutabilis, in aqua totum solubile. Cave sales alkalinos et metallicos, tannica.

Acetas natricus. Ättifjyradt natron. Vis refrigerans, diuretica, urinæ aciditatem minuens, aperiens. (Motus febriles, inflammations leviores, affectiones hepatis). Gm 2—4 pd. 5—4 dd. in pulvere vel potius in solutione (gm 20—40 ad aquæ cum syr. gm 150, cochl. pd.). Cave acida salesque acidos.

Acetas plumbicus. Ättifjyrad blyoxid, reñadt blysoeker. Vis adstringens, hæmostatica, venenosa. (Hæmorrhagiæ, blennorrhœæ, diarrhoeæ, sudor hecticus, purulentia nimia; blennorrhœæ, excoriaciones, angina, corryza). Cgm 4—5—5 < 10—15 pd. 2—6 dd. (sæpe cum Opio vel Acetate morphico nec Chloreto) optime in pulvere; etiam in pilulis vel solutione aquosa, additis Ac.

acetici guttis. Externe in collyrio, injectione vel gargaris-
mate egm 15—30—40 ad gm 30; in enemate egm 20—
40, in unguento 1: 10. Cave substantias plurimas, sive
minerales sive vegetabiles; ubi solutio clara queritur, evi-
tanda sunt etiam preparata Opii (excipe Acet. morph.) Cfr
sequens.

Acetas plumbicus crudus. Saccharum Sa-
turni. **Blysofer.** Usus pharmaceuticus et externus. Vide
supra. *Acetas plumb., Solutio Subacetatis plumbici.*

Acetas strychnicus, vide Nitratrem strychn.

Acetum. Acetum commune. **Ättika.** Continet 4
pc. acidi anhydri. Vis refrigerans, adstringens, antiseptica,
antalkalina; externe adstringens, irritans, desinificiens. (Mo-
tus febries, scorbutus, haemorrhagiæ; febres exanthematicæ,
typhus, sudor nimius, epistaxis, metrorrhagia, contusiones).
Ad potum p. 1—2 cum p. 10 aquæ; antidotum narcoti-
corum (opium), veneno antea remoto, vel alkaliorum cochl.
1—2 saepius. Ad lavandum et in fomento vel merum vel
cum aquæ ana p.; in gargarismate vel injectione p. 1—2
ad p. 10; in enemate gm 30—50. Cave oxida, sales ba-
sicos, carbonates, tartratem kalicum, saponem. *Acetum
aromaticum.*

Acetum aromaticum. Loco Ed. VI. **Ättika.**
(Aetherol. Rosm., Aeth. Lavand., Aeth. Junip.,
Aeth. Cedro, Aeth. Menthae pip. ana p. 1, Aeth. Caryoph.
p. 3, Spir. conc. p. 100, Ac. acet. p. 100, Aceti p. 1000).
Vis odore excitans, desinificiens. Usus externus ad lotio-
nes et fumigationes.

Acetum Scillæ. **Öjölökättiä.** (Bulbi Scillæ p.
1, Ac. acetici p. 2, Aqu. dest. p. 8). Gm 1—5 pd. vel

gm 4—15 dd. in mixturi, ubi etiam Bicarbonate kalico vel Supercarb. ammon. pyroleoso neutrum redi potest.
Oxymel Scillæ.

ꝝ **Acetum thebaicum.** Loco Liquoris sedativi. (Opii dep. p. 1, Ac. acetici p. 3, Aqu. dest. p. 7). Cgm 50 ad gm $4\frac{1}{2}$! < pd. (gm 4 = gtt 20—25).

Acidum aceticum. Ac. acet. dilutum. **Ättifſyra.** Continet 25 pc. ac. anhydri; p. sp. 1,040. Usus pharmaceuticus et chemicus. *Oxymel.*

Acidum aceticum concentratum. Koncentrerad ättifſyra. Continet 84—85 pc. acidi anhydri. Vis interne caustica, deleteria; externe rubefaciens, escharotica. Usus tantum externus ad excrentias removendas vel eutein irritandam. Odore incitans (syncope, asphyxia) vel solum vel cum ætheroleis, cef. mixtum (Ac. acet. conc., Aeth. acet. ana p., Aetherol. Caryoph. gtt.).

ꝝ **Acidum arsenicosum.** Arsenicum album. **Arſenifſyrlihet,** hvit arſeniſ. Vis tonica, antispasmodica, alterans, majori dosi vel longiori usu toxica; externe escharotica, absorbtione toxica. (Intermittens, epilepsia, chorea, morbi cutanei chronicæ, dyscrasiæ, lues; ulcera, carcinoma, lupus). Mgm 2—5—5! < pd. 1—2 dd. post mensam; vix in pulvere, optime in solutione alkalina vel simplici (egm 5 cum Sacch. trita solv. in Aqu. dest. gm 300; cochl. 1—2 = mgm $2\frac{1}{2}$ — 5 pd.), interdum etiam in pilulis (asiaticis = Ac. ars. egm 50, Pip. nigri gm 5, Gi arab. gm 1, Aqu. qu. s.; fiant pil. N:o 100. Ph. Gall. N:o 1 = mgm 5) addito Opio (egm 5, Opii pulv. egm 20, Sap. alb. qu. s.; fiant pil. N:o 42; N:o 1 dd. Hebra). Externe in pulvere ad pastam (P. Cosmi = Sulphureti hy-

drarg. gm 6, Ac. ars. gm 2, Sangu. Drac. egm 60, Ciner. solearum egm 40), solutione egm 3—10 ad gm 50 vel unguento p. 1—2 ad p. 100. Cave sales metallicos. *Liquor Arseniitis kalici.*

Acidum benzoicum. Flores Benzoës. **Benzoësýra.** Vis incitans, expectorans; externe errhina. (Cattarrhus chronicus, pneumonia asthenica, pertussis). Cgm 3—30 pd. pluries dd. optime in pilulis (una cum Sulphido stibico, Camphora vel Rad. Ipecac.). Cave alkalia eorumque carbonates.

Acidum citricum. **Citronsyra.** Vis refrigerans, diuretica, antiseptica, antibiliosa. (Febris, icterus cattarrhalis, scorbutus). Ad potum p. 1 ad aquæ p. 100 cum Sacchari qu. s. et Elæosacharo Citri (Limonata); cum Bicarbonate kalico vel natrico, quo effervescat mixtura. Ejus p. 4 Bicarb. natrici p. 5 vel Bicarb. kalici p. 6 ad plenam saturationem requirunt. Cave oxida, sulphureta, sales plumbi, tartratem kalicum. *Syrupus Acidi citrici.*

Acidum gallotannicum. Acidum quercentanicum. Tanninum. **Galläpplegarfsýra.** Vis adstringens, secretiones sistens, styptica. (Blennorrhœæ, diarrhœæ, salivatio, hæmorrhagiæ; ulcera, decubitus, secretiones profusæ, prolapsus, hæmorrhagiæ). Cgm 3—30 pd. pluries dd. in pulvere (cum Sacch. vel Cort. Cinnamomi), pilulis (cum Conserva Rosæ) vel solutione (Aqua Cinnam. spir., Vini aromatici vel Aquæ dest., cui Aqua quædam aromatica, interdum etiam Gi arabicum addantur). Antidotum in neficiis (opium, bases vegetabilis, sales plumbi, cupri vel stibii) egm 30—50 pd. saepius, semper in solutione. Externe pulvis merus (stypticum); in unguento p. 1—5—8

ad Axungiæ vel Ungu. Glycerini p. 50; in fomento vel injectione p. 1—2 ad Aquæ vel Vini p. 100; in suppositoriis (p. 4, Ax. benz. p. 5, Ceræ p. 1, Ol. Cacao p. 10 Ph. Brit.) vel baculis uterinis. Cave alkalia, acida, gelatinosa, sales metallicos materiasque, bases vegetabiles continentes.

Acidum hydrochloratum loco Acidi hydrochlorici. **Klorwätesyra.** Continet 25 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,124. Vis digestiva, refrigerans, antiseptica; externe tonica, adstringens, caustica. (Dyspepsiæ species, catarrhus intestinalis, febres exanthematicæ, typhosæ et pyæmicæ, scorbutus; aphæ, diphteritis, angina, exanthemata chronicæ, ulcera phagedænica, salivatio, stomacace, noma). Gm $\frac{1}{4}$ —1— $\frac{1}{2}$ pd. in pilulis (cum Rad. Alth.) vel mixtura (vide Ac. hydrochl. dilutum). In gargarismate, fomento vel lotione, p. 1—7 ad p. 100; linctu p. 2—5 ad mellis vel syrapi p. 100; unguento p. 1 ad Axungiæ p. 8—10. In balneo (vide Ac. hydr. crudum) gm 100—150, in pediluvio gm 50—100; saepius cum dimidio Ac. nitrici erudi mixta. Cave alkalia, oxida, sales fere omnes, tannica. *Acidum hydrochloratum dilutum.*

Acidum hydrochloratum crudum. Acidum muriaticum crudum. **Nå Klorwätesyra, rå saltsyra.** Continet 33—34 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,165—1,170. Usus præsertim chemicus. In balneis ut præcedens. *Solutio Chlori, Species pro vaporibus Chlori.*

Acidum hydrochloratum dilutum. Utspädd **Klorwätesyra.** (Ac. hydrochlorati p. 2, Aqu. dest. p. 3). Continet 10 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,049. Vis et usus, vide Ac. hydrochl. Gm $\frac{1}{2}$ —2—4 (glt 10—30—60) pd. in vehiculo multo mucilaginoso (gm 10, Inf. Alth. vel

Dec. Avenæ gm 100, Syrupi gm 40; cochl. pd. horis alternis).

Acidum hydrochloricum, vide Ac. hydrochloratum.

Acidum nitrico-nitrosum. Acidum Nitri fumans. **Nyfande salpetersyra.** P. sp. 1,49—1,50. Vis caustica. Usus chirurgicus et chemicus.

Acidum nitricum. Loco Acidi nitrici diluti. **Salpetersyra.** Continet 25 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,180. Vis diuretica, antibiliosa, antisyphilitica?; externe irritans, caustica. (Icterus ex hepatitide chronica, albuminuria ex nephritide parenchymatosa, syphilis; ulcera syphilitica et gangrænosa, exanthemata chronica, morbi hepatis chronicus, lupus, condylomata, cet.) Gm $\frac{1}{2}$ —1 (gltt. 10—25) pd. pluries dd. in vehiculo multo (gm 5 vel gm 2 et Ac. hydrochlor. gm 3 cum aquæ vel Dec. Avenæ gm 250 et Syrupi gm 50, vasc. $\frac{1}{2}$ pd. 4—6 dd.). Sumatur e cochleari ligneo vel vitro, nec metallico. In lotione p. 2—5 ad p. 100, injectione 1—2 ad p. 100, nec in unguento. In balneo vel pediluvio adhibetur Ac. nitr. crudum. Cave oxida, alkalia, sales et materias organicas, præsertim aetherolea et spirituosa.

Acidum nitricum crudum. Loco Aquæ fortis. **Nå salpetersyra.** Continet 53—55 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,38—1,39. Usus externus, in balneo gm. 50—120, in pediluvio gm 50—60, interdum cum Ac. hydrochlor. crudi duplo; præterea chemicus.

Acidum phenylicum. Acidum carbolicum. **Phenylsyra, farbolsyra.** Vis putrefactionem et fermentatio- nem sistens, antiseptica, antiparasitica, adstringens, caustica,

venenosa. (Diphtheritis, scabies, tinea, exanthemata alia, ulcera, caries, lupus, affectiones variæ putridæ, odontalgia). Usus externus. Applicatur vel merum vel cum Glycerini p. 4 vel cum Sp. conc. p. 3—6—10 vel cum Olei Oliv. p. 5—10 mixtum. In gargarismate, fomento, injectione, lotione p. 1 ad p. 70—100—200 vel aquæ vel Acei, additâ interdum Tineturâ quâdam aromaticâ (Lavand. comp., Myrrhæ). Ad desinfectionem perficiendam p. 1 ad aquæ p. 100—1000. In pilulis odontalgieis (gm 2, Cera gm 2, Opii pulv. egm 30, Caryoph. gm 1 $\frac{1}{2}$, Muc. gi arab. qu. s.; fiunt pil. N:o 60). *Solutio Acidi phenylici.*

Acidum phosphoricum dilutum. Loco Solutionis Acidi phosphorici. **Utspädd fröforsyra.** Continet 10 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,08. Partes 2 respondent p. 1 Solutionis Ac. ph. Vis refrigerans, antiseptica, adstringens, hæmostatica. (Motus febriles, congestiones, morbi typhosi et maligni, hæmorrhagiæ, sudor hecticus). Gm 1—3 (glt 20—60) pd. pluries dd. vel gm 10—20 ad gm 150 vehiculi apti (Inf. Althææ, Dec. Chinæ, Aquæ c. Syrupo), cochl. pd. In pilulis cum Ræd. Althææ vel cum Pulv. Cort. Chinæ et Extracto quodam. Cave oxida, carbonates, tannica.

Acidum querцитannicum, vide Ac. gallo-tannicum.

Acidum succinicum depuratum. **Nenad bernstenforsyra.** Vis stimulans, antispasmodica, diaphoretica. (Affectiones spasmodicæ, rheumatismus chronicus, arthritis retrogressa). Cgm 30—50 pd. in pulvere vel pilulis. *Liquor Succinatis ammon. pyroleosi, Pilulæ foetidæ succinatæ.*

Acidum sulphuricum concentratum.

Ac. sulph. destillatum. Koncentrerad svavelsyra. Continet 80 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,84. Interne non nisi dilutum; externe escharoticum vel merum vel cum pulvere quodam vegetabili mixtum. Acidum sulph. dilutum, Liquor acidus Halleri, Tinctura arom. acida.

Acidum sulphuricum concentratum crudum. Acidum Vitrioli. Nå koncentrerad svavelsyra. Continet 92—93 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,850—1,853. Usus chemicus.

Acidum sulphuricum dilutum. Utspädd svavelsyra. (Ac. sulph. conc. p. 1, Aquæ dest. p. 7). Continet 10 pc. acidi anhydri; p. sp. 1,081—1,085. Vis refrigerans, antiseptica, adstringens, hæmostatica. (Motus febribiles, congestiones, febres typhosæ et exanthematicæ, scorbutus, sudor colliquatus, hæmorrhagiæ). Gt 10—20—40 pd. 6—12 dd. vel gm 7—10—15 ad vehiculi apti (Inf. Lini vel Alth., vel Aquæ c. syrupo) gm 150, cochl. pd. Externe p. 1—2 ad Mellis p. 15 in linctu vel ad aquæ p. 100 in gargarismate. Cave alkalia, oxida, sales præserfim plumbi et calcis, sulphureta, tannica. Infusum Rosæ acidulum, Syrupus Acidi sulphurici.

Acidum tartaricum. Winsyra. Vis refrigerans, diuretica, antiseptica, antibiliosa. (Motus febribiles, icterus, scorbutus). Cgm 50—gm 1 pd. pluries dd. vel gm 5—10 ad aquæ gm 120 et syrapi gm 30, cochl. pd. Ad potum gm 5 cum aquæ gm 500, addito Saccharo. Cum carbonatis, ut ferveat mixtura, aquâ additâ; ejus p. 10 ad saturandum requirunt Bicarbonatis natrici p. 11,2 vel Bicarb. kal. p. 13,3. Cave oxida, sulphureta, sales

plumbi, tartratem kalicum et, nisi acidum saturare in animo est, etiam carbonates. *Pulvis effervescentia, Pulv. efferv. compositus, Pulv. Magnesiae tartaricus.*

Acidum Vitrioli, vide Ac. sulphur. conc. crud.

Aether. Aether sulphuricus vel vitriolatus. **Eter.** P. sp. ne excedat 0,725. Vis excitans, carminativa, ana-leptica, antispasmodica, anodyna, narcotica; externe evapo-rando refrigerans, vel, evaporatione impedita, anodyna, ru-befaciens; inhalatione anæsthesiam efficiens. (Gastralgia, colica, flatulentia, vomitus, hysteria, asthma, asphyxia, syn-cope, typhus, cholera, tetanus, cet.; congestiones et inflam-mationes, algiae, paralysis). Gtt 15—30 vel magis (si ne-cessere est cochl. minus), dosi sæpe repitita, cum aqua vel saccharo sumenda. Gm 1 = gtt 50—60. Mixturis vel infusis aut decoctis refrigeratis adduntur p. 2 ad p. 100. In enemate gm 2—4. Odoramentum excitans. *Aether spi-rituosus, Aether spir. camphoratus, Solutio Chloreti ferrici spir. ætherea.*

Aether aceticus. Ättipeter. P. sp. 0,900—0,904. Vis et usus (haud externus) fere præcedentis; odore præstantior. Gtt 20—30 vel magis pd.; gm 4—7 dd. in decoctis, infusis vel mixturi. Gm 1 = gtt 40—50. *Sol. Subac. ferr. spir.-ætherea.*

Aether nitrosus spirituosus. Sprithaltig salpetersyrlig eter. P. sp. circa 0,84. Vis excitans ut præ-cedentium, diuretica, digestiva? Gtt 20—50 vel magis pd. vel gm 4—7 in mixturi carminativis vel amaris dd.; in diureticis 7—15 dd. Cum aliis remediis mixtus cito destruitur.

Aether spirituosus. Liquor anodynus Hoff-

manni. **Hoffmanns droppar.** (Aetheris p. 1, Spir. conc. p. 3). P. sp. 0,806—0,810. Vis Aetheris, sed debilior. Usus internus quodammodo præcedentium. Gtt 30—60 pd. in asphyxia cochl. minus. In mixturiis vel infusiis gm 4—7 ad gm 100. Gm 1 = gtt 40—45. *Aether spir. camphoratus, Sol. Chlor. ferr. spir.-ætherea, Tinct. Succini, Tinct. Succ. aromatica, Tinct. Valerianæ.*

Aether spirituosus camphoratus. Solutio Camphoræ spir.-ætherea, Liquor nervinus Bangii. **Bangæ nervdroppar.** (Camphoræ p. 1, Aeth. spir. p. 6). Vis excitans, diaphoretica, antispasmodica. (Febris typhosa, hysteria, cholera, cet.). Gtt 20—30 pd.

Aetheroleum Ani'si. Anisölja. Vis carminativa, expectorans. (Dyspepsia, colica flatulenta, affectiones catarrhales). Gtt 1—5 pd. in elæosaccharo. *Spiritus ammoniacatus anisatus, Tinct. theb. benzoica.*

Aetheroleum Ca'jeput. Oleum Cajeput. **Kajeputolja.** Vis excitans, antispasmodica, diaphoretica; externe irritans, antiparalytica. (Gastralgia, coliea, affectiones rheumaticæ; paralisis localis, morbi spasmodici, rheumatalgia, odontalgia). Gtt 1—3 pd. 3—4 dd. in elæosaccharo vel cum tincturis. Externe in embrocationibus, linimentis, odontalgicis.

Aetheroleum Carvi. Kumminkolja. Vis digestiva, carminativa. (Dyspepsia, flatulentia, colica). Gtt 1—5 pd. Corrigens drasticorum. Externe in linimentis. *Pilulae Guttæ aloëticæ.*

Aetheroleum Caryophylli. Rejtikolja. Vis carminativa, sialologa, acris. Interne raro, nisi corrigens amarorum et drasticorum. Externe cum Spiritu vel Oleo

pingui ad infractiones; merum etiam adversus odontalgiam et paralysin lingue. *Ungu. Myristicæ comp., Tinct. Succini arom., Acetum aromaticum.*

Aetheroleum Cassiæ. Oleum Cassiæ. *Kastanienölja.* Vis carminativa, odorifera. Gtt 1—2 cum saccharo. Corrigens amarorum. In odoramentis.

Aetheroleum Cedro. Oleum de Cedro. *Cedroölja.* Vis excitans, odorifera.

Aetheroleum Foeniculi. *Fencholölja.* Vis carminativa, expectorans, galactophora? (Flatulentia, cet. præsertim infantum). Gtt 1—5 pd. Ut corrigens formæ *Elæosacchari* sœpe adhibitum. *Pulvis Magnesiæ cum Rhei.*

Aetheroleum Juniperi. *Enbärölja.* Vis carminativa, diuretica, diaphoretica, membranas mucosas afficiens. (Morbi hydropici asthenici, affectiones catarrhales et blennorrhœicæ, præsertim vesicæ). Gtt 2—5 pd. in elæosaccharo, emulsione, pilulis vel solutione spirituosa (Generver). (P. 1 cum Aeth. nitr. spir. et Tinct. Dig. ana p. 5; gtt 20—30 pd. 4 dd. diureticum). Externe ad infriendum et fumigandum.

Aetheroleum Lavandulæ. *Lavendelölja.* Vis carminativa, excitans; externe irritans, odorifera. *Tinct. Succini arom., Ungu. Myristicæ comp.*

Aetheroleum Ma'cidis. Oleum Macidis. *Mutschatblomölja.* Vis excitans, carminativa. Gtt 1—2 pd. ut corrigens. *Tinct. Succini arom.*

Aetheroleum Menthae piperitæ. *Pfefferminzölja.* Vis digestiva, carminativa, analeptica, anti-spasmodica. (Affectiones dyspepticæ, flatulentia, colica, cho-

lera). Gtt 1—3 pd. in elæosaccharo vel solutione spirituosa. *Trochisci Menth. pip.*

Aetheroleum Rosmarini. Oleum Anthos. *Rosmarinolja.* Vis carminativa; externe irritans, antipsorica. (Tumores frigidi, affectiones rheumaticæ et paralyticæ, scabies). Usus præsertim externus, in linimentis vel unguentis. *Linimentum Opodelloc, Lin. Saponis camphoratum.*

* \ddagger **Aetheroleum Sabinæ.** *Sæfwenbomolja.* Vis excitans, emmenagoga, abortiva; externe irritans. (Amenorrhœa ex atonia). Gtt $1/2$ —1—3 pd. in elæosaccharo vel pilulis. Externe Spiritu solutum.

Aetheroleum Sina'pis. *Senapolja.* Vis externe irritans, rubefaciens, vesicans. In gargarismate gtt 1 ad gm 30—50, ad infractionem antiparalyticam gtt 1 ad gm 20—50, ad rubefaciendum gtt 5 ad Olei gm 4 vel p. 1 ad Spiritus p. 50—60. Cave acida, sales metallicos, ammoniacalia. *Spiritus Sinapis.*

Aetheroleum Terebinthinæ crudum. Oleum Terebinthinæ. *Rå terpentinolja.* Usus externus. Vide sequens. *Aetherol. Tereb. depuratum, Ungu. Lauri terebinthinatum.*

Aetheroleum Terebinthinæ depuratum. *Nenad terpentinolja.* Vis excitans, diuretica, dia-phoretica, membranas mucosas petens, motum peristalticum augens, antiparasitica, anthelmintica, cathartica, majori dosi irritans, venenosa; externe irritans, rubefaciens, diuretica. (Hydrops ex atonia renum, affectiones catarrhales et blennorrhœicæ præsertim pulmonum et vesicæ, ischuria, incontinentia, arthritis atonica, rheumatismus chronicus, lumbago,

ischias, polycholia?, calculi renales?, obstipatio, helminthiasis, hæmaturia, metrorrhagia?, febris puerperalis?; paresis, anaesthesia, neuralgiæ, colica, cet.). Gtt 5—40 (cgm 20 — gm 1 $\frac{1}{2}$) pd. 4—5 dd.; dosis cathartica vel anthelminthica gm 4—7—15; in capsulis inclusum vel cum Linetu oleoso; in emulsione (gm 2—10—15, Gi arab. gm 7 vel Vit. ovi N:o 1, Aquæ arom. ad emulsionem gm 120, Syrupi gm 30, cochl. pd.), electuario (p. 1, Mellis p. 2, Rad. Glyc. p. 1, Ph. Brit.), solutione ætherea (p. 1 cum Atheris p. 2—3, gm 2—5 dd. Durand). Externe ad embrocationes vel fomenta, minus magisve calida, merum; in linimentis (cum Spir. Junip. ana p. vel cum Ac. acet. et Ol. Camph. ana p. vel p. 3 cum Spir. camph. p. 2 et Sol. Ammon. p. 1), in unguento p. 1 ad Axungiae p. 3—4; in enemate gm 5—15 pd. in emulsione cum Vit. ov. N:o 1 ad gm 150. *Linimentum Tereb. acetatum, Oleum sulphurato-terebinthinatum.*

Aetheroleum Thymi. Timianolja. Vis externe irritans. Usus externus. *Linimentum Opodeldoc.*

* **Aetheroleum Valerianæ.** Wändelrotolja. Vis et usus, vide Rad. Valerianæ. Gtt 1—4 pd. in elæosaccharo vel pilulis.

Agaricus chirurgorum. Fußöl. Vis mechanico modo hæmostatica.

Aloe. Aloe lucida capensis. Vis digestiva, cholagogia, vasa pelvis petens, purgans, purgando derivans. (Dyspepsia, obstipatio habitualis, morbi hepatis varii, ieterus, hydrops, retentio vel suppressio hæmorrhoidis vel mensium, hypochondria). Dos. refr. cgm 3—5 pd. 2—3 dd.; leniter purgans cgm 10—30, drastica cgm 30—60; in pilulis

cum mucilagine, bile, sapone vel extracto amaro. *Extractum Aloës, Pilulae A. crocatæ, Pil. Guttæ aloëticæ, Tinct. A. crocata, Extr. Colocynth. comp., Tinct. Benzoës comp.*

Althææ radix, vide Rad. Alth.

Alumen crudum, vide Sulph. aluminico-kalicum.

Alumen ustum, vide Sulph. alum. kalic. ustum.

Ammoniacum carbonicum, vide Super-carbon. ammonicum.

Ammoniacum causticum, vide Solut. Ammoniaci.

Amygdalæ amaræ, vide Semina Amygdali amara.

Amygdalæ dulces, vide Semina Amygdali dulcia.

¶
¶
Amygdali'num. Amygdalin. Ad acidum hydrocyanatum faciendum, in quo 48 Amygdalini partes cum sufficiente Emulsionis amygdalinæ copia partem 1 acidi hydrocyanati anhydri tradunt. *Emulsio hydrocyanata.*

A'myllum Arrow. Arrow-root. Arrowstær-keſe. Vis demulcens, nutritiens. (Diarrœa, dysenteria, phthisis). Gm 5 cum aqua triturata adduntur lactis vel aquæ bullientis gm 200—250, quibus deinde addi possunt saccharum, cinnamomum, vinum ad saporem. Amylo tritici sapore forsitan, non vi præstantius.

A'myllum Tritici. Svetestärkeſe. Vis demulcens, exsiccans. Interne raro nisi ut constituens pulverum vel antidotum (Iodi). Externe præsertim in enemate (diarrœa, dysenteria, colitis): cochl. min. 1—2, post trituratio-

nem cum aquæ parva copia, aquæ ferventis vasc. $\frac{1}{2}$ —1 adduntur. Pulvis adspersorius (eczema, intertrigo, herpes). Cave sales metallicos, spirituosa, tannica. *Enema Opii.*

Angelicæ radix, vide Rad. Angel.

Anisi semina, vide Fructus Anisi.

Anisum stellatum, vide Fructus Anisi stell.

Antimonium crudum, vide Sulphuret. stib. crudum.

Aqua Acidi carbonici, vide Solut. Ac. carb.

Aqua Amygdalarum amararum concentrata. Koncentreradt bittermandelwatten. Ejus gm 10 continent acidi hydrocyanati anhydri mgm 13—14, id quod acidi p. 1 in p. 715—770 respondet. Vis sedativa, venenosa. (Gastrodynia, ulcera vel cancer ventriculi, enteralgia, emesis, fussia; carcinoma, prurigo, eczema, ophthalmiae). Gm $\frac{1}{2}$ —5! (gtt 10—15—40) <(caute) gtt 60 pd. 3—4 dd. vel sola vel cum aqua aut syrupo dilutior facta (p. 1 cum p. 4—5, cochl. min.). Loco Aque Laurocerasi (quæ debilior est) ne adhibeatur. Externe in lotione, collyrio, clysmate (gm 1—2). Cave sales et materiae plerasque; cum extractis tamen detur.

Aqua Amygdalarum amararum diluta. Utpädt bittermandelwatten. Saporem corrigens mixturis vel solutionibus additur; p. 1 ad p. 4—5.

Aqua Aurantii. Pomeransblomwatten. Corrigens gratum, quod mixturis & cosmeticis sæpe additur; p. 1 ad p. 10—20.

Aqua Calcis, vide Solut. Hydrat. calc.

Aqua Carvi. Rumminwatten. Excipiens et cor-

rigens amarorum et salium purgantium, vel sola vel cum
Aqua ana p. diluta.

* **Aqua Chamomillæ.** *Chamomillwatten.* Vehiculum mixturarum antispasmodicarum.

Aqua Chlori, vide Solut. Chlori.

Aqua Cinnamo'mi spirituosa. *Aqua Cinnamomi.* *Kanelwatten.* Vis analeptica, digestiva, carminativa; gm 5—15 pd. Corrigens amarorum in mixtulis p. 1—2 ad p. 4.

Aqua Creosoti, vide Solut. Ac. phenyl.

Aqua destillata. *Destilleradt watten.* Ad infusa, solutiones, emulsiones, mixturas, cet. Usus præterea chemicus (gm 1 = gtt 10—15).

Aqua Foeniculi. *Genfälswatten.* Vis carminativa, expectorans. Infantibus cochl. min. $\frac{1}{2}$ —1 pd. Additur mixtura carminativis et expectorantibus p. 1—2 ad p. 4. Externe in collyriis.

Aqua fortis, vide Acid. nitr. crudum.

Aqua Menthae crispæ. *Krusmyntwatten.* Corrigens p. 1—2 ad p. 4.

Aqua Menthae piperitæ. *Pepparmyntwatten.* Vis digestiva, carminativa. Cochl. min. — cochl. maj. pd. Corrigens digestivorum, tonicorum et solventium p. 1—2 ad p. 4.

* **Aqua Petroseli'ni.** *Perſiljewatten.* Vehiculum vel adjuvans in mixturis diureticis.

Aqua picea, vide Infus. Pyrolei Pini.

Aqua Rosæ. *Rosenwatten.* Usus præserum externus in collyriis et cosmeticis.

* **Aqua Sambuci.** Gläderwatten. Constituens solutionum diaphoreticarum, vel sola vel cum aquæ ana p.

Aqua Subacetatis plumbici, vide Solut. Subac. plumb. dil.

Aqua Supercarbonatis natrici, vide Solut. Supercarb. natr.

Ari radix, vide Rhizoma Ari.

Arnicae flores, vide Flores Arn.

Arnicae radix, vide Rad. Arn.

Arrow root, vide Amylum Arrow.

Arsenicum album, vide Acidum arsenicosum.

Artemisiae radix, vide Rad. Art.

Asa foetida, vide Gummi-resin. Asa foet.

Aurantii Cortex, vide Cort. Fructuum Aur.

Aurantii fructus immaturi, vide Fructus Aur. immat.

Axungia benzoata. Ranciditate sero afficitur. Constituens unguentorum. *Ceratum album et rubrum.*

Axungia curata. *Spiradit ister.* Constituens unguentorum. *Axungia benzoata.*

Balsamum aromaticum, vide Unguent. Myrist. comp.

Ba'Isamum Copaivae. *Copaiwabalsam.* Vis diuretica, membranas mucosas petens. (Affectiones blennorrhioicæ viarum urinogenitalium, præsertim gonorrhœa). Gtt 20—40 < pd. 3—4 dd. vel cum saccharo pulverato vel in capsulis gelatinæ (N:o 1 continet egm 60; N:o 8—10 dd.); in pilulis (gm 40, Ceræ albæ rusæ gm 5, Fruct. Cubeb. gm 45; m. f. Pil. 120; N:o 6 pd. 4 dd.); in emulsione (gm 45, Gi arab. gm 8, Aquæ M.

pip. ad emuls. gm 120, Syr. Zing. gm 30; cochl. maj. h. 1—2.).

Ba'lsamum peruvianum. Perubalsam. Vis præcedentis; externe detergens, adstringens, antiparasitica. Interne raro (bleorrhœæ) gtt 10—30 pd. in pilulis vel emulsione. Externe (tumores atonicæ, ulceræ torpidae, papillæ ulcerosæ, gangræna, scabies) vel merum vel in unguentis, solutione spirituosa aut emulsione (gm 1, Gi arab. gm 2, Ol. Amygd. gm 4, Aquæ Ros. gm 15; = emulsiō papillæ). Ad infractionem contra seabiem gm 12—15 (Burchardt).

Ba'lsamum Styrax liquidus. Styrax liquidus. Vis præcedentis. Interne (expectorans) in pilulis; externe in unguentis. Contra seabiem p. 1 cum Ol. Oliv. p. 2. *Pilulæ Styracis thebaicæ.*

Balsamum Sulphuris terebinthina-tum, vide Oleum sulph. tereb.

Ba'lsamum Terebinthina communis. Terebinthina communis. Terpentin. Vis diuretica, membranas mucosus petens; externe irritans. Usus externus in unguentis & emplastris. *Ungu. Tereb. resinosum.*

Ba'lsamum Terebinthina veneta. Terebinthina veneta. Benedic terpentin. Vis et Usus, vide Aetherol. Tereb. depur. Cgm 40 — gm 1½ pd. in pilulis (gm 20, Hydratotocarb. magnes. gm 15; fuit pil. 100 Ph. Gall.). Externe in clysmate (emulsiō) vel in unguento (cum Axungia vel vit. ov.) Balsamum Locatelli = p. 24, Ol. Oliv. p. 24, Cer. flav. p. 16, Rad. Alkan. p. 4, Bals. peruv. p. 1.

Ba'lsamum tolutanum. Tolubalsam. Vis

expectorans, balsamica; externe detergens, irritans, odorifera. (*Catarrhus chronicus*). Cgm 30 — gm 1 $\frac{1}{2}$ in pilulis vel emulsione. Externe in unguentis. *Tinctura Tolut.* (Syrupus = p. 10, Aquæ p. 100, Sacch. p. 180).

Belladonnæ folia, vide *Folia Bellad.*

Belladonnæ radix, vide *Rad. Bellad.*

Benzoë, vide *Resinam Benzoë.*

Bibo'ras natricus. Borax. Twâfâsst borsy-
radt natron. Vis antacida, diuretica, lithontriptica, emmenagoga?, eebolica?; externe detergens, cosmetica. (*Hydrops*, lithiasis acida, amenorrhœa?, atonia uteri in partu?; aptæ, maculæ corneæ, pruritus, hepatizon, ect.) Cgm 30—50—
100 pd. 2—3 dd. vel sèpius in pulvere vel solutione. Ex-
terne in linetu, in gargarismate vel in collyrio p. 2—5 ad p.
100, in solutione cosmetica p. 4—5 ad p. 100 Aquæ Aur.
vel Rosæ. Cave acida et sales plerosque; etiam Gi arab.,
Amylum, Salep, quorum loco Muc. Cydon. adhibenda est.
Linctus Biboratis natrici.

Bica'rbonas kalicus. Twâfâsst polsyradt kali.
Vis antacida, diuretica, lithontriptica. (*Pyrosis, arthritis, lithiasis acida*). Gm 1 $\frac{1}{2}$ —1 pd. in pulvere vel solutione. Cum acidis, ut ferveat mistio; poscunt p. 10 ad saturationem Ac. tart. p. 7,5 vel Ac. citr. p. 6,7. Cave acida et sales
acidos, nisi eadem saturare in animo est; ceterum Aqu.
Calcis, sales metallicos et terreos.

Bica'rbonas natricus. Twâfâsst polsyradt
natron. Vis antacida, digestiva, diuretica, lithontriptica.
(*Cardialgia, pyrosis, vomitus, catarrhus ventriculi, intestino-
rum, vesicæ et bronchialis, arthritis, lithiasis, diabetes mel-
litus*). Gm 1 $\frac{1}{2}$ —1—2 pd. in pulvere vel solutione (gm

5—10, Aqu. Carvi vel Menth. pip. gm 150, Syr. gm 20, cochl. pd.). In mixturis vel pulv. aërophoris p. 10 ad plenam saturationem requirunt p. 8 Ac. citrici vel p. 9 Ac. tartarici. Quæ evitanda sunt immistiones, vide præcedentem. *Pulvis effervesrens*, *Pulv. efferv. comp.*, *Solutio Supercarb. natr.*, *Trochisci Bicarb. natrici*. — (Ems, Bilin, Vichy.)

Bilis bovi'na depurata. Renad orgalla.

Vis antacida, digestiva, motum peristalticum augens. (Dyspepsia atonica, oligocholia, atrophia infantum). Cgm 30—100 pd. 2—3 dd. optime in pilulis cum sapone, Rad. Rhei, cet. (gm 5, Rad. Rhei gm 5, fiunt pil. 100; 1 = cgm 5); infantibus in solutione cum Aqu. Cinn. et Syr. Rhei. Usus externus in unguento (cum Axungia, Allio, Pyrol. Pini, cet.) obsoletus. Cave acida et sales.

Bismuthum. Bismut. Usus chemicus in *Sub-nitrate bismuthico* præparando.

Bitartras kalicus. Zwäfälst winsyradt kali.

Vis refrigerans, antibiliosa, diuretica, laxans. (Affectiones febriles, congestiones, polycholia, obstructio viscerum, plethora, haemorrhois, hydrops). Dosis refrigerans gm $\frac{1}{2}$ —2 pd. in pulvere, electuario vel solutione cum aqua multa et saecharo; dosis aperiens gm 5—10 pd. vel gm 10—20 dd. (non raro cum Senna, Rheo, Sulphure); dosis diuretica 4—8 dd. (cum Baborate natrico). (Gm 30, Elæosach. Citri gm 10, cochl. min.; vel gm 30, Flav. Aur. gm 2, Rad. Rhei gm 8, Sacch. gm 60, cochl. min.; vel gm 15, Babor. natr. gm 8, Elæosach. Cassiae gm 2, Sacch. gm 15; cochl. min.; vel gm 50, Elect. Sennæ gm 60, Syrupi qu. s., cochl. min.) Serum lactis tartar. = gm 5—8 ad

lactis ferventis gm 500 (20 poll. cub.). Cave alkalia, acida, carbonates. *Pulvis Scillæ boraxatus.*

Bitartras kalicus depuratus. Tartarus depuratus, Cremor Tartari. Etsi tartrate calcico impurus, tamen usui interno inservire potest, prioris loco. Usus præterea externus in dentifriciis. *Pulvis Tartari comp., Bitartras kalicus.*

Borax, vide Bibor. natr.

Brometum kalicum. Bromfaliūm. Vis excitationem sexualem sedans, anaesthesia mebran. mucosarum (præsertim conjunctivæ et pharyngis) efficiens, anti-spasmodica, hypnotica, narcotica. (Chorda, priapismus, pollutiones, nymphomania, epilepsia, agrypnia). Cgm 50 — gm 2 pd. 2—3 dd. in pulvere, pilulis (gm 5, Extr. Gent. gm 2 $\frac{1}{2}$, Pulv. Rad. Gent. qu. s.; fiunt pil. N:o 100) vel solutione (gm 5—10—20, Aqu. dest. gm 120, Aqu. Aur gm 15, Syr. Zing. gm 15; cochl. maj. pd.) Cave acida, Solut. Chlori, metallica.

Bucco folia, vide Folia Bucco.

Bulbus Allii. Allii bulbus. Schwitlöf. Vis carminativa, diuretica, expectorans, anthelmintica; externe irritans. (Catarrhus, helminthiasis, hydrops, scorbutus). Succus expressus, cochl. min. 2—4 pd. cum Saccharo; p. 1 ad lactis ferv. p. 10, cochl. maj. 2 pd. Externe in cataplasmate, enemate (infusum e gm 5—10), cet. *Syrupus Allii.*

Bulbus Scillæ. Radix Scillæ. Zjötlöf. Vis diuretica, expectorans, emetica, majori dosi purgans, venenosa. (Morbi hydropici atonici, catarrhus et emphysema pulmonum, pertussis). Cgm 3—15—20 pd. 2—4 dd. (infanti-

bus egm 4—5 pd.) in pulvere, pilulis vel infuso aquoso aut vino vel in aliis ejus præparationibus. Ut emeticum vix solus usurpatur. *Acetum Scillæ, Oxymel Sc., Pulvis Sc. boraxatus, Syrupus scilliticus, Tinct. Sc. composita.*

Cacao, vide Semina Cacao.

Calamus, vide Rhizoma Calami.

Calx chlorata. Hypochloris calcicu*s*. **Klorat*e*.**

Contineat minimum 10 pc. chlori efficacis. Vis fœtorem et putredinem tollens, desinficiens, antiseptica. Usus internum rarus, egm 10—50 pd. in solutione; externus (affectiones topicæ malignæ et gangrenosæ) in linctu, garganrismate, lotione, fomento. Ad vapores hypochlorosos extirinandos maxime aptum est præparatum, quum stratum ejus tenue aëris accessu exponitur vel cum acido quodam debili (acetō) miscetur; cum acido hydrochlorato mixtum gas chlori extricat. Ubi destructionem evitare velis, cave acida et sales acidos; ceterum sales metallicos, lucis et aëris accessum, calorem. *Linctus Calcis chloratæ, Liquor C. chlor.*

Calx viva, vide Oxidum calcic.

Ca'mphora. Camphora depurata. **Kamfer.**

Vis systema nervosum et circulationis excitans, (systema urinogenit. deprimens?), diaphoretica, antiseptica, narcotica, toxica; externe irritans, derivatoria, resolvens, anodyna. (Asthenia et dissolutio sanguinis in febri typhoso vel morbis inflammatoriis (pneumonia), exanthemata retrogressa vel maligna, cholera, arthritis metastatica, mania? satyriasis? stranguria?, narcotismus ex opio, belladonna, spiritu; affectiones rheumaticæ, tumores frigidi vel oedematosi, ulcera gangrænosa,

paralysis, anaesthesia, contusiones, sugillationes, cet.). Cgm 3—10—20 pd. 2—4 dd. vel etiam omni hora vel horis alternis (sæpe una cum Sulphate chinico, Opio, Moscho vel Aconito) in pulvere cum Pulv. gummoso ad ch. cer. vel in solutione spir. aetherea; optime in emulsione, quum datur conquassanda (cgm 30—50—100, vel Olei camphorati gm 3—5—10, Gi arab. gm 4—10, Aqu. destill. ad emuls. gm 120, Aqu. Aur. gm 15, Syr. Alth. gm 15; cochl. pd. — vel egm 30—100, Gi arab. et Sacchari ana gm 8, Aquæ ad emuls. gm 135, Aceti gm 45; cochl. pd.). Externe ad infricationes, fomenta, cataplasmata sicca, adspersionem, fumigationes, inhalationes, linimenta vel camphora pulverata, vel oleo pingui aut spiritu soluta; in enemate cgm 30—100 pd. (cum Vit. ovi et infuso Chamomillæ vel Valerianæ). *Æther spirituosus camphoratus, Emulsio Camphoræ, Linimentum ammoniacatum camphoratum, Linim. Saponis camphorat., Oleum camphorat., Spiritus camphorat.*

Canella alba, vide Cort. Can. alb.

Cannabis semina, vide Fructus Cann.

♀ **Cantha'rides**. *Spanka flugor*. Vis diuretica, emmenagoga, aphrodisiaca, acris, deleteria; externe irritans, rubefaciens, vesicatoria, derivatoria. (Affectiones paralyticæ vel torpor organorum urinogenit.; ulcera indolentia, exanthemata chronicæ et ubi, in morbis variis, vel alteratio nervosa vel irritatio cutis vel evocatio seri queruntur). Cgm 1—5 pd. 2—5 dd. in pulvere vel pilulis rarius, vix in emulsione vel solutione oleosa; optime tintura. Externe emplastra vel unguentum. *Emplastrum Cantharidum*

colatum, Empl. C. cum Euphorbio, Tinctura C., Unguentum C.

Caragheen. Lichen Caragheen. **Ærmossa.** Vis emolliens, involvens, nutriendis? (Affectiones inflamm. laryngis et tracheæ, dysenteria, diarrhoea, morbi consumptionis?). In decocto (aquoso aut lacteo, p. 1 ad p. 100) vel in *Ge-latina Caragheen.*

Carbo Ligni præparatus. Loco Carbonis veget. præp. **Trædkøl.** Vis gases et fætorem absorbens, desinificiens. (Tympanitis, dysenteria; ulcera ichorosa, gangræna humida, halitus graveolens, cet.). Interne raro gm $\frac{1}{2}$ —2 pd. in pulvere vel electuario; externe in cataplasmate, pul-veribus haemostaticis, desinificantibus, dentifriciis (ineptis!). Cave sales metallicos, bases vegetabilis, materias colorantes.

Ca'rbonas calcicus cretaceus. Creta alba. **Krita.** Vel in frustis vel præparatus. Vis antacida, exsic-canis, leviter adstringens. Usus præcipue externus (erysi-pelas, combustiones, exanthemata humida); usui interno melius inservit præparatum sequens, nisi in veneficio ex acidis orto. *Hydrargyrum c. Creta.*

Ca'rbonas calcicus præcipitatus. **Fäld-folsyrad salt.** Vis antacida, leviter adstringens, ossificationem promovens? (Aciditas gastrica et intestinalis, diarrhoea, lithiasis acida, scrophulosis?, rachitis). Gm $\frac{1}{2}$ —2 pd. in pulvere cum Rheo vel aromatis (P. Cretæ aromat. Ph. Brit. = p. 22, Sacch. p. 50, Sem. Card. p. 2, Flor. Caryoph. p. 3, Stigm. Croci p. 6, Sem. Myrist. p. 6, Cort. Cinn. p. 8) vel in *Emulsione Carb. calc.* Externe in pulv. den-tifrico p. 8 cum Sap. hisp. pulv. p. 1 et Aetherol. Caryoph. gtt. Cave acida, sales acidos, metallicos et ammonicos.

Ca'rbonas kalieus. Carb. kal. purus. **Kol'syradt kali.** Vis antacida, secretiones renum et intestinorum promovens, lithontriptica, sanguinis fluiditatem augens; externe purificans, irritans. (Aciditas primarum viarum, affectiones hydropeæ, lithiasis acida, arthritis, pleuritis, croup, catarrhus). Cgm 40—50 < gm 1 pd. 2—4 dd. vix in pulvere, optime in solutione satis diluta vel mucilaginosa (cum cerevisia, potu coffeaceo, Aqua Selterana). Cave acida, sales acidos et terreos. *Solutio Carb. kalici.* Usui externo (non ophthalmico) inservit Carb. kal. depuratus.

Ca'rbonas kalieus crudus. Potassa calcinata. **Pottaska.** Usus externus in balneo (gm 200—500) et in pediluvio (gm 50—100).

Ca'rbonas kalieus depuratus. Renad^t kol'syradt kali. Usus præsertim externus in lotione vel fomento p. 1—3 ad p. 50, unguento p. 1—2 ad p. 10, in elysmate vel injectione p. 1—4 ad p. 500.

* **Ca'rbonas lithicus.** Kol'syradt lithion. Vis antacida, lithontriptica. (Dispositio arthritica, lithiasis acida). Cgm 30—50 pd. in pulvere vel solutione, ope acidi citrici vel carbonici effecta, (egm 60 — gm 4—2 ad gm 500 aquæ, acido carbonico saturandæ). Externe injectio solutionis aquosæ tepidae.

Ca'rbonas natricus. Kol'syradt natron. Vis et usus eadem fere ac Carbonatis kalici. Effectus mitior. Gm 1/2—1 pd.; præstat Bicarbonas. Usus præterea chemicus. Extero usui inservit sequens.

Ca'rbonas natricus depuratus. Soda depurata. Kristalliferad soda. Usus externus dosi-Carb. kalici dep. duplo majore; ceterum chemicus.

Cardamomum minus, vide Semina Card.

Cardui benedicti folia, vide Folia Card. ben.

Carvi semina, vide Fructus Carvi.

Caryophylli, vide Flores Caryoph.

Cascarillæ cortex, vide Cort. Case.

Castoreum canadense. Kanadiss bärwer-
gäff. Vis antispasmodica, sedativa, antihysterica. (Enter-
algia, colica, globus, singultus, dolores uterini, menstruatio
difficilis). Cgm 10—30 vel plus pd. in pulvere (cum Sac-
charo ad chart. cer.) vel pilulis (cum g. resinis fætidis).
Usus exterius superfluus. *Pilulae fætidæ succinatae*,
Tinct. Castorei, *Tinct. C. thebaica*.

Cataplasma sina'pinum. Catapl. sinap. for-
tius. **Senapsges.** (Sem. Sin. nigr. pulv., Aqu. qu. s.).
Vis rubefaciens, derivans.

Cera alba. Schwitt war. Vis demulcents, emol-
liens. *Ceratum album et rubrum*, *Unguent. Cetacei*.

Cera flava. Gult war. Vis demulcents, emol-
liens, defendens. Interne gm $\frac{1}{2}$ —1 pd. in emulsione. Ex-
terne in emplastris et unguentis. *Ceratum flavum*, *Emul-
sio Ceræ*.

Ceratum album, Schwitt cerat. (Ceræ alb. p.
1, Cetacei p. 1, Axung. benz. p. 3). Vis emolliens, de-
fendens.

Ceratum flavum. Gult cerat. (Ceræ flav. p.
1, Ol. Oliv. p. 2).

* **Ceratum rubrum**. Rödt cerat. (Ceratum
alb., Radice Alkanæ tinctum).

Ceratum Sabinæ, vide Ungu. Sab.

Cerefolii hispanici herba, vide Herb. Ceref.

Cerussa alba, vide Hydratocarb. plumb.

Cetaceum. ḡwalraf. Vis demulcens, emolliens.

(Diarrhoea, dysenteria, affectiones catarrhales). Interne raro, in emulsione cum vit. ov. et aqua, gm $\frac{1}{2}$ —1 pd.; externe in ceratis et unguentis.

Chamomillæ nostratis flores, vide Flores Chamom.

Charta ad fonticulos. ḡontanellpapper. (Acet. cupr. p. 5, Bals. Tereb. com. p. 20, Sevi cur. p. 40, Ceræ fl. p. 60, Res. Pini fl. p. 120). Vis irritans.

* **Charta nitrata**. Salpeterpapper. Vapores e charta combusta nati inhalantur contra affectiones asthmaticas.

Chinæ radix, vide Rhizoma Chinæ.

* **Chinina**. Chinin. Ad Citratem ferrico-chinicū parandum.

* **Chinoidi'na**. Chinoidin. Vis et usus pro-emodium Sulphatis chinici, cuius loco detur dosi duplici vel triplici. In pilulis vel Tinctura Chinoidinæ.

Chloras kalius. Storsvordt lati. Vis membranam mucosam pharyngis et ventriculi movens, digestiva, fungos et mucorem necans. (Catarrhus ventriculi chronicus, stomatitis ulcerosa et mercurialis, aphtæ, diphtheritis). Cgm 20—50 vel plus pd. 4—6 dd. optime in solutione (gm 2—5, Aqu. dest. gm 120, Syr. Sacch. gm 50; cochl.); externe in collutorio vel gargarismate p. 3—5 ad Aquæ p. 100; in linetu p. 4 ad Mellis et Aquæ ana p. 10. Cave acida fortiora, sales acidos; sulphur, sulphuretum stibicum vel materiae organicae cum sale sicco ne conterantur.

* **Chloras natricus.** Klorhydrat natron. Vis et usus precedentis. Datur eadem dosi, semper in solutione.

ꝝ **Chloreto-amideturum hydrargyrum.** Loco Mercurii praeципitati albi. ~~Quicquid sive mercurio-~~
amidum. **Switt precipitat.** Vis alterans, toxica; externe irritans, alterans, pustulans. (Morbi oculorum varii, impetigo, tinea, eczema, syphilides papulosæ). Usus internus nullus; externus in pulvere adspersorio p. 1 ad p. 4 Amyli vel Sacchari; in unguento (recens parando nec diu servando) p. 1 ad p. 9 Axung. benz. vel Ungo. Glycerini, ophthalmico p. 3—10 ad p. 100, pustulante p. 1 ad p. 4—5. Cave alkalia, acida, sales plurimos.

Chloretum ammonicum. Sal ammoniacum depuratum. **Klorammonium, Talmia.** Vis membranas mucosas petens, mucum solvens, expectorans, leviter diaphoretica; externe refrigerans, discutiens. (Status mucosus et catarrhus intestinalis vel bronchiorum, obstructiones viscerum, indurationes?, hypertrophiae glandularum?; tumores, sugillationes). Cgm 30—50 — gm 1 pd. 4—6 dd. optime in solutione aut mixtura cum Extr. Glycyrrh. saporem ingratum corrigente et Aqua dest. vel aromaticata, Inf. Enulæ aut Dec. Senegæ (gm 3—5, Extr. Glyc. gm 10, Aquæ gm 150 vel Aquæ dest. gm 80 et Aquæ Foen. gm 70, cochl.) Externe vapores salis calefacti vel pulvis solutionis (p. 2—7 ad p. 500) valde quassatae inhalantur; in gargrismate vel injectione p. 2—5 ad p. 100; in fomento p. 1 ad p. 10—20 (Aceti vel Aquæ; fom. frig. Schmuckeri, vide Nitr. kalicum). Cave acida fortiora, alkalia, terras, sales fere omnes (tartrates, acetates; excipe forsitan Tartr. stib. kalic.) præsertim plumbi, argenti, hydrargyri, saponem.

Cochlear, in quo propinatur, aquâ statim bene mundandum est.

Chloretum ferrico-ammonicum. Ammoniumjernflorid, jernsalmia. (Chlor. ferric. p. 1, Chloret. ammon. p. 9). Vis tonica, roborans, mucosam petens. (Anæmia vel serophilosa vel cum affectione quadam catarrhalis aut splenis juncta). Gm $\frac{1}{2}$ —1 pd. 2—3 dd. vel in pilulis cum Extracto et Pulv. Glycyrh. (gm 4, Sulph. chin. gm 4, Extr. Aloës gm 2, Extr. Glyc. qu. s.; fiunt pil. N:o 100; 4—6 pd.) vel in solutione aquosa (gm 5—10, Aquæ dest. gm 120, Aqu. Cinn. spir. gm 30; cochl.) nec in pulvere. Qvae evitanda sunt, vide Chloreta ammon. et ferric.

Chloretum Terricum. Jernflorid. Vis tonica, roborans, adstringens, hæmostatica?; externe adstringens, sanguinis coagulationem efficiens, hæmostatica, styptica. (Anæmia, dyscrasiae variæ, hypertrophia lienis, hæmorrhagia?; metrorrhagia, ulcera hæmorrhagica, hæmorrhagiae recti et traumaticæ, blennorrhœæ, condylomata, tumores erectiles). Cgm 10—30 < 50 pd. in solutione satis diluta, aquosa aut spirituosa. Externe solutio e p. 1 in aqua p. 2—10 penicilli ope applicatur vel etiam ope linte carpti, solutione imbuti et dein expressi. Injectio ad vaginam vel rectum p. 1—5 ad p. 100, ad urethram p. 1—2 ad p. 150. Cave alkalia, carbonates, phosphates, saponem, sales plumbi et argenti, albuminosa, tannica. *Chloretum ferrico-ammon., Solutio Chl. ferrici spirituosa, Sol. Chl. ferr. spirituoso-aetherea.*

ꝝ **Chloretum hydrargyricum corrosivum.** Qwickſilfwerkflorid, Qwickſilfversublimat. Vis alterans, antisiphilitica, sialologa, irritans, deleteria; externe

adstringens, irritans, alterans, caustica. (Lues inveterata præsertim neuralgiæ, exostoses, exanthemata (tuberculosa) originis syphiliticæ; condylomata, ulceræ syphilitica, ophtalmia, dermatoses variæ, pruritus genitalium, ephelis, hepatitis). Mgm 2—5 < egm 1—3! pd. 1—2 dd. post cibum, cautissime augendo ad egm 5—7—9 dd.; optime in pilulis (egm 5, in aquæ guttis soluta, Pulv. rad. Glyc. gm 5, Extr. Glyc. qu. s. fiunt pil. 50; N:o 2 pd. sensim augendo ad 5—6—7 cet. 2 dd. — vel Pil. Dzondii = egm 75 in aqua sol., micæ panis, Sacch. albi ana gm 10 vel melius Boli albae gm 20; fiunt pil. 240). Externe in solutione, additâ saepè Chloreti ammonici ana parte; in collutorio vel injectione urethræ egm 10—20 ad Aquæ gm 100; injectio vaginalæ egm 40—60 ad gm 100; collyrium egm 5—10 ad gm 100 Aquæ Rosæ vel Aqu. Am. am. dilutæ; fomenta vel lotiones egm 10—50 ad gm 100 (egm 50, Chlor. ammon. egm 50, Aqu. Rosæ vel Emuls. Amygd. gm 500 = cosmeticum); irritans gm 1—2 ad gm 100, causticum gm 3—4 ad gm 100 (Spiritus concentrati vel Aetheris). Cave iodeta, alkalia, sales metallicos, præsertim plumbi et argenti, materias organicas plerasque.

§ Chloretum hydrargyrosum præcipitatum. Chloretum hydrargyrosum. Fäld qwickfilsverflorur, fäld fästet. Vis alterans, antiplastica, purgans, purgando derivans, cholagogæ, sialaloga. (Inflammationes acutæ, typhus?, hyperæmia cerebri, hydrops acutus (scarlatinosis), icterus, morbi hepatis chronicæ, exanthemata inveterata, affectiones syphiliticæ, cet.) In mörbis chronicis egm 3—5 pd. 2—3 dd.; in acutis egm 5—5—15 quâque horâ vel horis alternis vel ternis ad effectum (sedes virides

vel salivatio); purgans (non raro cum Tub. Jalapæ) egm 20—50 dosi 2—3 repetitæ vel egm 50—70 semel. Datur in pulvere cum Sacch. Lactis vel Rad. Glyc. vel in pilulis cum extracto quodam (si requiritur cum Opio, Digitali, Scilla, Conio). Externe in pulvere vel unguento (p. 1 ad Ungu. Glycerini vel Axungiæ p. 10: ophthalmia, ulcera fungosa vel syphilitica). Cave, nisi decompositio Chloreti in animo est, alkalia, Solutionem Hydratis calcici, Carbonates alkalinos et terreos, saponem, sales metallicos, sulphureta, imprimis vero acida fortiora, Chloret. ammon. et natricum, Solutionem Chlori, Liqu. Acidi hypochlorosi et Liqu. Calcis chloratæ, Iodum, cibum salsum.

Obs. quod Chloretum hydrargyrosum Ph. Suec. et a Chloredo sublimatione parato et ab illo, quod ope aquæ vaporum preparatur, quoad gradum divisionis, ideoque ut videtur quoad efficaciam differt.

Hydrargyrum cum Creta. (Hydrarg. dep. p. 1, Carb. calc. cret. præp. p. 2). Vis alterans, antiplastica, cholagogia, sialaloga, antisyphilitica, purgans. (Morbi variii, præcipue infantum: inflammationes, syphilis, affectiones ex acrimonia vel aciditate, diarrhoea, affectiones cutaneæ). Infantibus egm 5—30 pd. 3—4 dd. vel si opus est egm 10 pd. horâ quaque secundâ vel tertiatâ; adultis egm 10—50 pd.; in pulvere (interdum cum Rad. Rhei et Pulv. aromatico). Gave acida, sales acidos, mercurialia cetera.

Hydrargyrum depuratum, loco Hydr. desillati. *Nenadt quicksilfer.* Usus pharmaceuticus in præ-

parandis *Hydrarg.* c. *Creta* et *Pilulis Hydrargyri*;
ceterum chemicus.

Hydras ferrico-magnesicus. Antidotum
Arsenici. (Oxidi magnes. lev. p. 7, Chloreti ferric. p. 23,
AQU. dest. p. 270). Antidotum acidi arsenicosi; cochl.
2—5 pd. in quoque horæ quadrante vel dimidia parte;
dein mitigatis symptomatis cochl. 1—2 pd. omni horâ vel
horis alternis. Præscribenda sunt gm 300.

Hydras ferricus. Loco Subcarbonatis ferrico-
ferrosi Ed. VI. **Jernoxidhydrat.** Vis et usus ceterorum
martialium. Cgm 30—100 pd. 2—4 dd. in pulvere (cum
Pulv. aromat., Sulph. chinico, cet.) vel in pilulis cum ad-
stringentibus vel amaris (Extr. Cascar. vel Abs.).

Hydras kaliensis. **Kalihydrat,** **Kaustikt Kali.**
In bacillis. Vis hydratis siccii vel solutionis ejus concen-
tratae texturas animales solvens, caustica, venenosa; solu-
tionis satis dilutæ antacida. vi carbonatis kaliæ fere similis;
externe mundans, irritans, derivans. Interne raro egm 2—
10 pd. in solutione mucilaginosa; externe (exanthemata
chronica et acuta suppressa, hydrops scarlatinosis, paraly-
sis, trismus, tetanus, panaritium, tumores indolentes, ulcera
fistulosa, catarrhus vesicæ chronicus, abscessus, caro luxu-
rians, telangiectasiæ, cet.) ad injectionem p. 4—5 ad p.
1000, fomenta p. 4—5 ad p. 500, lotiones p. 2—4 ad
p. 100, in balneo topico vel pediluvio gm 5—10 ad con-
gium aquæ. In balneo gm 30—100. Cave aërem, mate-
rias acidas, sales metallicos et terreos. Cauterisationis ca-
usâ hydras siccus applicatur, partibus circumiacentibus telâ
emplastratâ tectis; vel etiam Pasta vel Pulvis escharoticus
viennensis (Hydr. kal. p. 5, Oxidi calc. p. 4).

* **Hydratocarbonas ferrosus saccharatus.** Vis et usus martialium mitiorum. Cgm 30—60 pd. 2—4 dd. in pulvere (ad usum brevioris temporis accommodato) vel in pastillis (cum Past. Cacao). In aere facile mutatur.

Hydratocarbonas magnesicus. Magnesia alba. **Swit magnesia.** Vis antacida, aperiens. (Pyrosis, affectiones dyspepticae, obstipatio, affectiones infantum ex aciditate primarum viarum). Cgm 30—100 pd. in pulvere (cum Rad. Rhei, Flaved. Aur., Elaeosacch. Foen, Sulph. subl. cet.), in mixtura conquassanda cum Aqua, Gi arab. et syrupo, vel in linetu (infantibus). Cochl. min. = egm 40—50. Cave acida, sales acidos, Chloret. ammon. Praestat Oxidum magnes. ponderosum, sed pretio carius est. *Pulv. Magnesiae aromaticus, Pulv. M. c. Rheo, Pulv. M. tartaricus, Pulv. Nitri tartaricus.*

Hydratocarbonas plumbicus. Cerussa alba. **Blybwitt.** Vis exsiccans, adstringens. Usus tantum externus in emplastris et unguentis; raro in pulvere (et caute). *Unguent. Hydratocarb. plumb.*

Hyoscyami folia, vide Folia Hyose.

Hypermanganas kalicus. **Hfvermangan-
svratt falci.** Vis oxidans, foctorem et putredinem tollens, desinificiens, adstringens. (Ulceræ malignæ et gangrenosa, ozæna, carcinoma uteri, leucorrhœa, halitus graveolens, contagia, miasmata, cet.) Ad fomentum p. 1 ad Aquæ p. 100, injectionem p. 1 ad p. 200, lotionem desinificantem p. 1 ad p. 400—500, quæ etiam in cambris ægrotantium aëri purificando exponitur. In collutorio cochl. min. solutionis (1: 100) vasculo dimidio aquæ admiscetur. Cave

immistiones omnes, neve præparatum hocce cum Hypermanganate kalico crudo vel Manganate kalico confundas.

* **Hyposulphis natricus.** Underswafwelsyr.

ligt natron. Vis vasa pelvis excitans, cathartica; externe cunctem petens. (Plethora abdominalis, affectiones hepatis, lithiasis biliaria?, exanthemata chronica). Gm 4—8 pd. in solutione aquosa, additis aromaticis. In balneo gm 15 ad aquæ congium; vel si balneum sulphure turbidum facere vis, balneo toto gm 100—150 et Aceti gm 1000—1500 adduntur. Si decompositionem evitare in animo est, cave acida, materias acidas, Solut. Chlori, Calcem chloratam.

Hypochloris calcicus, vide Calcem chlorat.

Hyssopi herba, vide Herb. Hyssopi.

Jalappæ radix, vide Tubera Jalapæ.

* **Indigo.** Vis antispasmodica? (Epilepsia, chorea). Cgm 30—50 < 100 pd. 3—4 dd. in electuario cum syrupo vel melle.

Infusa. Quum in præscripto medici nihil aliud dicitur, ex substantiæ p. 1 paratur infusum simplex p. 10; substantiarum majoris efficacie copia a medico semper est definienda.

Infusum Digitalis, loco Inf. Dig. Ed. VI. (Fol. Dig. p. 1 ad col. p. 100). Partes 5 = partibus circiter 3 Ed. VI. Cochl. 1—2 pd.

Infusum Gentianæ compositum. (Rad. Gent., Cort. Fruct. Aur., Cort. Fruct. Citri ana p. 1 ad col. p. 100). Vis tonica, stomachica. (Affectiones dyspepticæ, convalescentia). Cochl. 2—4 pd. 2—3 dd. Vehiculum aptum laxantium salinorum.

Infusum Lini. (Rad. Glyc. p. 2, Sem. Lini

integr. p. 6 ad col. p. 100). Vis demulcens; dosis ad libitum. Vehiculum acidorum et salinorum. Cave spirituosa, sales metallicos.

Infusum Pyrolei Pini. Aqua picea. (Pyrol. Pini p. 1, Aqu. dest. p. 10). Vis diaphoretica, diuretica, antiseptica; externe adstringens, irritans, vegetationes necans. (Catarrhus pulmonum chronicus, affectus nephriticus, exanthemata chronica; favus, crusta lactea, catarrhus vesicæ). Vasc. 1—2 dd. Externe ad lotiones, fomenta, injectiones.

Infusum Rhei alka'linum, loco Inf. Rhei Ed. VI. (Rad. Rhei p. 10, Carbon. natr. p. 2 ad inf. p. 100). Dos. aperiens cochl. 1—2; dos. refr. gm 7—15 dd. in mixturis. Cave acida, sales acidos, sales metallicos et terreos.

Infusum Rosæ acidulum. (Ac. sulph. dil. p. 2, Pet. Rose gall. p. 5, Saech. p. 8 ad inf. p. 200). Vis refrigerans, adstringens, antisptica. (Motus febriles, hæmorrhagiae, sudor hecticus, et ceter.). Cochl. 2—4 pd. Vehiculum elegans Sulphatum patrici, magnesici vel aluminico-kalici; etiam Sulphatis chinici, additâ spiritus portiunculâ. Cave alkalia, carbonates, acetates, tartrates, chloreta, sales plumbi, calcis et ferris.

Infusum Sennæ compositum. (Fruct. Coriandri p. 2, Fruct. Vitis min. p. 5, Fol. Sennæ p. 10, Tartr. natr. kal. p. 5, Mannæ p. 20 ad inf. p. 100). Vis cathartica. Gm 50—100 uno haustu et deinde cochl. horâ quâque secundâ vel tertiatâ ad effectum. Datur præseriim infantibus et feminis. Cito destruitur.

¶
Iodetum hydrargyricum præcipitatum. Fällt quandoque siccatur. Vis forsitan eadem ac

Chloreti hydrargyrici, sed magis caustica. Interne non saep
 (syphilis, præsertim cum serophulosis, iritis syphilitica, exan-
 themata chronica refractaria) mgm 5 ad egm 2—3! pd.
 1—2 dd. vel in pilulis, quibus spiritu antea solutum ad-
 ditur, vel in solutione aquosa mediante Iodeto kalico (egm
 40, Iodeti kal. gm 5, Aqu. dest. gm 100; cochl. min =
 mgm fere 15 dd. Graef.). Externe in unguento (maculæ
 corneaæ, neuralgiae, ulceræ syphilitica, lupus) p. 4—5 ad
 Axung. p. 50. Cave alkalia, acida.

Iodetum hydrargyrosum. **Quidam**
werjodur. Vis antiplastica, alterans, sialaloga, antisyphili-
 tica. (Morbi inflammatorii variii, syphilis præsertim cum
 serophulosis, exanthemata chronica, tumentia glandularum;
 ulceræ serpiginosa et syphilitica). Mgm 15 ad egm 3—5
 < 10 pd. 2—3 dd. in pulvere (egm 3, Sacch. Laetis egm
 30, Puly. arom. egm 10) vel pilulis (egm 50, Opii pulv.
 egm 30, Extr. Tarax., Rad. Glyc. ana qu. s.; fiunt pil. 20;
 primum pil. 2, dein pil. 4 dd. Sigmund). Externe in un-
 guento p. 4—10 ad Axungiae p. 50. Cave alkalia, carbo-
 nates, acida, sales acidos, amylacea, calorem, lucem.

Obs. Præparatum hocce facile destruitur, in quo Iode-
 tum hydrargyricum oritur. Hinc videndum, ne præparatum
 jam destructum detur et observandum, ut parva tantum-
 modo dosim numerus simul præscribatur.

Iodetum kalicum. **Iodatum.** Vis antiphlo-
 gistica, resolvens, resorptionem augens, hydragoga, antidys-
 erasica: irritans, resorbens, derivans. (Syphilis, serophu-
 losis, hydrargyriasis, inflammations chronicæ organorum
 glandulosorum, uteri et ovarii, exsudationes serosæ, infiltra-
 tiones glandularum et cellulosaæ, struma; indurations, hy-

peretrophiae, panaritium, hydrops articulorum, ulcera dyscrasica, lupus, blennorrhoeæ, et ceteræ). Cgm 15—50 < pd. 5—4 dd. in solutione aquosa (gm 4 $\frac{1}{2}$ —5, Aqu. dest. gm 80, Aqu. Menth. pip. gm 70; cochl.) vel syrupica (gm 25, Aqu. dest. gm 25, Syr. Sacch. gm 950; cochl. vel gm 20 = egm 50: Sirop d'iodure de potassium, Ph. Gall.), vix in pulvere vel pilulis. Externe solutio aquosa, in collyrio 1 : 250, gargarismate 2—4 : 100, lotione 4—6 : 100; in balneo gm 60—120; etiam in unguento. Cave acida, sales acidos et metallicos. *Solutio Superiodeti kalici, Unguentum Iodeti kalici.*

* **Iodetum plumbicum.** **Jodibyl.** Vis interne antidyscrasica?; externe irritans, resolvens. (Scrophulosis, syphilis?; tumentiae glandularum syphiliticæ vel scrophulosæ, struma, ulcera, exanthemata (porrigo), scirrus). Interne raro: cgm 10—30 pd. in pilulis vel solutione Iodeti kalici. Externe in emplastro (p. 1 ad Empl. Conii et Empl. Saponis ana p. 4) vel unguento (p. 1 ad Axung. p. 8—15, gm 2—4 pd. 2 dd.).

Iodium. **Jod.** Vis Iodeti kalici, sed major aceriusque; Usus idem. Interne mgm 15 — egm 5 in solutione vel spirituosa nuper parata vel aquosa, ope Iodeti kalici effecta, nec in pulvere vel pilulis. Externe ad collutoria, injectiones, lotiones, fomenta p. 1—5—10 ad p. 500 in solutione aquosa simili modo confecta (cum duplo—quadruplo Iod. kalici); ad aceriem effectum solutio spirituosa. In unguento (cito destrueto) p. 1—8 ad Axung. p. 100. In balneo gm 7—15 cum Iod. kalici duplo. Inhalatio vaporum (cigarettae iodatae) periculosa. *Solutio Superiodeti kalici, Solutio Iodi spirituosa.*

Ipecacuanhæ radix, vide Rad. Ipec.

Iridis florentinæ radix, vide Rhizoma Iridis.

Julapium e Moscho, vide Emuls. Moschi.

Juniperi baccæ, vide Fructus Junip.

Juniperi lignum, vide Lignum Junip.

Kermes mineralis. Mineralkermes. Vis expectorans, antidyscrasica, majori dosi emetica. (Morbi pulmonum varii, acuti vel chronicæ, affectiones scrophulosæ glandularum et membranarum mucosarum, exanthemata chronicæ). Cgm 2—5 < pd. 2—4 dd. in pulvere vel linetu. Cave acida, sales acidos metallicos, alkalia et eorum carbonates. *Pulvis gummosus stibiatus*.

Kino. Vis adstringens, styptica. (Hæmorrhagia, leucorrhœa). Interne egm 50—100 pd. in pulvere, pilulis, decocto; externe in dentifriciis, collutoriis (Tinctura), injectione, pulvere adspersorio. Cave acida mineralia, alkalia, bases vegetabilis, sales metallicos, gelatinam, albumen, amyrum. *Pulvis Tartari compos.*

Lactas ferrosus. Mjölkfyrad jernoxidul. Vis martialium mitis. Cgm 20—50 pd. 2—5 dd. in pulvere ad ch. cer., in pilulis cum extracto quodam vel in solutione vinosa (Vini gall. albi vel de Xeres). Exigua tantum ejus copia præscribenda est, quoniam inter servandum aëris accessu commutatur. Cave acidas, alkalia, tannica.

* **Lactas zincicus.** Mjölkfyrad zinkoxid. Vis antispasmodica, sedativa?, tonica, adstringens, emetica. (Epilepsia, chorea, neuralgia?). Cgm 5—50—50 pd. 2—3 dd. in solutione vel pilulis (gm 4, Extr. Valer. gm 4, Sulp. chin. gm 2, Chloreti morph. egm 20; fiant pil. 60; 4—6 pd. Lebert).

*♀ **Laetucarium.** Vis sedativa, hypnotica. (Status erethicus, insomnia nervosa, hysterica, hypondriaca). Cgm 10—50! vel plus pd. in pulvere vel pilulis.

Lapis divinus. (Sulph. cupr., Sulph. alum. kalie., Nitr. kal. ana p. 15, Camph. p. 1). Vis adstringens, irritans. (Morbi oculorum). Usus tantum externus in collyrio (egm 10—50 ad Aqu. gm 30). Cave alkalia et eorum carbonates, sales plumbi.

Lavendulae flores, vide Flores Lavand.

Lauri Oleum, vide Oleum Lauri.

Ledi summitates, vide Herb. Ledi.

Lichen Cargheen, vide Caragheen.

Lichen Islandicus. Islandslaf. Vis emollientis, nutriendis, leviter tonico-amara. (Catarrhus chronicus, phthisis, diarrhoea, convalescentia). Datur formâ gelatinæ (p. 1 coqu. cum Aqu. p. 12 ad col. p. 6) vel decocti (p. 1 ad col. p. 15—20). Cave spirituosa, tannica.

Lichen islandicus elotus. L. isl. præparatus. Twästab islandslaf. Vis et usus, vide Caragheen. Gelatina Lich. islandici.

* **Lignum campechianum.** Campecheträb, blodträb. Vis mite adstringens. (Diarrhoea chronicus, dysenteria, haemorrhagie, leucorrhœa). Decoctum ligni rasi, cochl. pd. Qvæ evitanda sunt, vide Kino.

Lignum Gua'jaci. Vockenholz. Vis diaphoretica, diuretica, antidyserasica, majore dosi cathartica, acris. (Rheumatismus chronicus, affectiones arthriticæ, syphilis, mercurialismus, iodismus, exanthemata chronicæ, blennorrhœa bronchiorum). Gm 30—40 ligui raspati in decocto ad col. gm 400 dd. Species ad Decoct. lignorum.

Lignum Juniperi (radicis). Enträd. Vis diuretico-diaphoretica. (Morbi cutanei chronici, arthritis chron., rheumatismus chron.). Gm 30—50 ligni rasi in decocto ad col. gm 400 dd. *Species ad Decoct. lignorum.*

Lignum Quassiae (surinamensis). Vis tonico-amara. (Dyspepsia atonica, convalescentia). Infusum aquosum aut vinosum, frigidum vel calidum, e p. 2—4 ad p. 100, cochl. 4—4 pd. *Species ad Infus. amarum.*

Lignum Santali rubri. Rödt sandelträd. Ad tinturas tingendas.

Linetus Biboratis natrici. Linetus boracicus. (Bibor. natr. p. 4, Mellis dep. p. 9). Vis detergens. (Aphæ). Usus externus.

Linetus boracicus, vide Linet. Bibor. natr.

Linetus Calcis chloratæ. Linet. Hypochloritū calciei. (Liqu. Gale. chlor. p. 4, Aqu. dest. p. 4, Mellis dep. p. 5). Vis adstringens, antiseptica. (Stomacace, aphæ malignæ, ptyalismus). Usus externus.

Linetus Hypochloritis calciei, vide Linet. Calcis chloratæ.

Linetus oleosus. Mucilago oleosa, (Gi arab. p. 4, Aqu. Am. am. dil. p. 2, Ol. Amygd. p. 3, Syr. Alth. p. 4). Vis emolliens, aperiens. (Irritatio pulmonum et intestinalium). Cochl. min.—cochl. maj. pd.

Linetus oleosus acidulus. (Gi arab. p. 4, Aqu. dest. p. 5, Ol. Oliv. p. 4, Syr. Ac. citrici p. 2). Vis emolliens, refrigerans, aperiens. Usus fere præcedentis.

Lini semina, vide Sem. Lini.

Linimentum ammoniacatum. Ammoniaflaviment. (Sol. Ammon. p. 4, Ol. Oliv. p. 3). Vis

irritans, rubefaciens, discutiens, derivans. Acuitur addendo Ol. camphoratum; mitius redditur (infantibus, feminis) adito Oleo Hyosc. infuso.

Linimentum ammoniacato-camphoratum. (Sol. Ammon. p. 4, Ol. camphorati p. 3). Vis prioris, sed aerior.

Linimentum calcicium. Stoffliniment. (Ol. Lini p. 4, Sol. Hydrat. calc. p. 1). Vis emolliens, mitigans (combustiones superficiales).

Linimentum Opodeldoc. (Camph. p. 40, Sap. butyr. p. 50, Aetherol. Thymi p. 2, Aetherol. Rosm. p. 3, Sol. Ammon. p. 45, Spir. conc. p. 250). Vis irritans, derivans. (Rheumatismus, paralysis, spasmi, tumores).

Linimentum Saponis camphoratum. (Camph. p. 5, Sap. alb. hisp. p. 40, Aetherol. Rosm. p. 1, Spir. dil. p. 100). Vis stimulans, irritans, discutiens. (Tumores frigidi, affectiones rheumaticæ).

Linimentum Stokesii, vide sequens.

Linimentum Terebinthinae acetatum. (Vit. Ov. 4, Aetherol. Tereb. dep. gm 90, Ac. acet. gm 45, Aqu. dest. ad pond. linim. gm 200). Vis irritans, derivans.

Linteum carpum, vide Filamenta linteui triti.

Liquiritiae radix, vide Rad. Glycyrrh.

Liquiritiae succus, vide Extr. Glycyrrh. crudum.

Liquor Acetatis ammonici pyroleosi.

Liquor Cornus Cervi acetatus. (Ac. acetici p. 100, Super carb. ammon. pyrol. ad saturationem, Pyrolei Succ. rectif. p. 3, Aqu. dest. p. 140). P. sp. 1,033—1,037. Vis excitans, diaphoretica, antispasmodica. (Convulsiones hystericas). Berlin, Comment. 1869.

ricarum, colica et eclampsia infantum, rheumatalgia, arthritis, exanthemata acuta difficilia). Gtt 20—40 (infantibus gtt 5—15) pd. non raro cum Tinct. theb., Tinct. Castor. vel Aeth. spirit., cet. vel gm 5—7 dd. cum mixturis vel infusionis (Valerianæ). Cave acida, sales acidos.

Liquor Acetatis kali ci. Solutio Acet. kali ci. Mixtura salina Ph. Paup. (Bicarb. kali p. 5, Aceti qu. s., Syr. Sacch. p. 10, Aqu. dest. ad pond. p. 100). Continet p. circ. 5 Acetatis kali in 100 p. Vis urinæ aciditatem minuens, diuretica, leviter diaphoretica et aperiens. (Motus febriiles, icterus, affectiones hydropticæ, obstructio viscerum, lithiasis, arthritis). Cochli. 1—2 pd. horis alternis vel termis.

Liquor Acidi hypochlorosi. Solutio Hypochloritis natrici. Liqueur de Labarraque. Vis tonica, antiseptica; externe putredinem tollens, antiseptica. (Morbi maligni et putridi; gangrena, ptyalismus, angina maligna, ulcera, exanthemata chronica). Interne gtt 20 < pd. in vehiculo mucilaginoso; externe in gargarismate cum Aquæ p. 10, injectione cum p. 15—30; in lotione vel merus vel dilutus. Cave acida, sales, immistiones organicæ originis, lucem, calorem.

Liquor acidus Halleri. (Spir. cone., Ac. sulph. conc. ana p.). Cave ne cum Mixtura sulphurica acida (Spir. conc. p. 3, Ac. sulph. conc. p. 4) confundas! Vis adstringens, quodammodo nervina. Usus fere idem ac Ac. sulph. dilut. Gtt 5—10 pd. vehiculo mucilaginoso vel saccharino satis diluendæ.

Liquor Ammoniaci anisatus, vide Spir. ammoniacat. anisat.

ꝝꝝ **Liquor Arseniitis kali ci,** loco Mixturæ

arsenicalis Fowleri Ed. VI. (Ac. Arsen. p. 4, Carb. kal. p. 1, Spir. Lavand p. 5, Aqu. dest. ad pondus p. 100). Continet partem sui centesimam Acidi arsenicosi; partes ejus 5 respondent igitur p. 6 Mixt. ars. Fowl. Ed. VI. Vis et usus Acidi arsenicosi. Cgm 20—50! (gtt 5—4 ad 8—10) < pd. 4—2 dd. Additur interdum Tinct. thebaicæ p. 4 ad p. 3.

Liquor Calcis chloratae. Sol. Hypochloritis calcici. (Calcis chloratæ p. 4, Aqu. dest. p. 20). Vis Calcis chloratae. Interne non saepè, gtt 50—100 pd. Usus præsertim externus. *Linctus Calcis chloratae.*

Liquor Citratis kaliæ. Sol. Citr. kaliæ. Mixtura salina Ph. S. (Bicarb. kal. p. 5, Ac. citr. qu. s., Syr. Sacch. p. 10, Aqu. dest. ad pondus p. 100). Continet p. c. circiter 5 Citratis kaliæ. Cfr Liqu. Acetatis kaliæ.

Liquor Cornus Cervi, vide Liqu. Superearbor. ammon. pyroleosi.

Liquor Cornus Cervi acetatus, vide Liqu. Acetat. ammon. pyroleosi.

Liquor Cornus Cervi succinatus, vide Liqu. Succinat. ammon. pyroleosi.

Liquor Fuliginis alkalimus. Solutio Fulig. alkal. *Totdroppar.* (Fulig. splend. p. 2, Carb. kal. dep. p. 5, Chloreti ammon. p. 4, Aqu. dest. p. 35). Vis antispasmodica, diaphoretica. (Affectiones hysteriarum). Gtt 50—60 pd.

Liquor Fuliginis foetidus. Solutio Fulig. foetida. *Totdroppar med dyswelstræk.* (Gi-res. Asæ foet. p. 4, Liqu. Ful. alk. p. 9). Vis antispasmodica, sapore plurimi deterrens. Gtt 50—60 pd.

Liquor pectoralis. Elixir pectorale. Bröft-droppar. (Extr. Glycyr. p. 4, Aqu. Foenic. p. 3, Spir. Ammon. anis. p. 4). Vis expectorans, sedans. Coehl. minus pd.

* **Liquor ad Serum Lactis parandum.** (Tunicæ internæ abomasij vituli lactentis p. 3, Chloreti natr. p. 4, Vini gall. alb. p. 26). Vis digestiva, coagulationem lactis efficiens. Interne coehl. min — coehl. maj. pd. ante coenam (debilitas digestionis, diabetes). Ad serum parandum: coehl. min. cum lactis decima congii parte sub temperatura + 33°—37°.

Liquor Succinatis ammonici pyroleosi. Liqu. Corn. Cervi succinat. Prinsens gula drop-par. (Ac. succin. dep. p. 4, Supercarb. ammon. pyrol. qu. s., Aqu. dest. p. 8). P. sp. 1,055—1,060. Vis et usus, vide Liqu. Acet. ammon. pyrol.

Liquor Supercarbonatis ammonici pyroleosi, loco Liquoris Cornus Cervi. Hjorthorn-spiritus. Vis, vide Supercarb. ammon. pyrol. Gtt 20—40 pd. cum antispasmodicis vel diaphoreticis. Externe in linimentis.

Lithargyrium, vide Oxidum plumbicum.

Lupuli strobili, vide Fructus Lupuli.

Lupulinum, vide Glandul. Lupuli.

Lycopodium. Gul nicht. Vis demulcens; externe absorbens, exsiccans, defendens. (Affectiones spasmodicæ vesicæ et urethræ, stranguria infantum; excoriations humescentes, intertrigo, eczema, erysipelas, et.). Gm 5—8 (infantibus gm 2—5) dd. in linctu cum syrupo vel in mixtura conquassanda. Externe adspergitur (eum Oxido

zinc. vel Hydratocarb. magnes. interdum mixtum). Ceterum ad pilulas consurgendas.

Magnesia alba, vide Hydratocarbon. magnes.

Magnesia usta, vide Oxidum magnes.

Magnesia leniter usta, vide Oxidum magnes. leve.

Magnesium nigrum, vide Superoxidum manganese.

Manna (cancellata). **Manna**. Vis demulcens, majori dosi aperiens. Infantibus praesertim, gravidis et parturientibus. Dos, laxans gm 30—50 (sola raro, nisi infantibus gm 5—15) vel in solutione (colanda) cum Aqua Foenic. vel Carvi, aut cum Inf. Sennæ vel in electuario. Solutio ejus facile destruitur, praesertim aestatis tempore. *Infusum Sennæ comp., Syrupus Sennæ mannatu.*

Mastiche, vide Resin. Mastix.

Mel. **Honing**. Depuratur.

Mel depuratum. **Renad honing**. P. sp. 1,33—1,34. Vis demulcens, laxans. Gm 50—100 dd. Constituens electuariorum. Externe in cataplasmate (matrante, cum farina), gargarismate, linctu. *Oxymel, Oxy-mel Scilla.*

Meliloti herba, vide Herb. Melil.

Melissæ citrinae herba, vide Herb. Melissæ.

Menthæ crispæ herba, vide Herb. Menth. crispæ.

Menthæ piperitidis herba, vide Herb. Menth. piperite.

Mercurius præcipitatus albus, vide Chlоро-amidetum hydrargyricum.

Mezerei cortex, vide Cort. Mezer.

Millefolii summitates, vide Flores Millefolii.

Minium. Mönja. Usus pharmaceuticus in emplastris et unguentis parandis.

Mixtura arsenicalis Fowleri, vide Liqu. Arseniticus kaliei.

* **Molybdænas natricus.** Molybdenhydrat natron. Vis diuretica. (Morbi hydropticæ). Cgm 50—70 pd. 3—4 dd. in solutione (Aqua Petroselini, Infus. Digit.).

* $\ddagger\ddagger$ **Morphina.** Morfin. Vis et usus, vide Chloretum morphicum. Præterea ad sales morphieos parandos.

Morphium hydrochloratum, vide Chloretum morphicum.

Moschus. Myrra. Vis (odore?) excitans, anti-spasmodica, diaphoretica, circulationem parum tantum afficiens. (Exhaustio virium cerebri et medullæ spinalis in morbis acutis, ataxia in febri nervosa vel typhosa, inflammations malignæ vel typhosæ, gangraena, morbi convulsivi præsertim hysteriarum et infantum, colica, eclampsia, pertussis, asthma conv., ceter.) Cgm 10—50 (infantibus intra annum egm 4—10, aetate majoribus egm 5—20) pd. horâ quâque $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ —1—3 vel in pulvere cum saccharo aut Elæos. Cinn. vel in emulsione vel etiam interdum in pilulis (cum Opio, Camphora, Sulph. chinico, Supercarb. ammon.). Cave Kerm. miner., Sulphid. stib., preparata Amygd. amararum. *Emulsio Moschi.*

Remedium, si rite administratur, insigniter efficax, mature potius quam sero adhibendum.

Mucilago Cydoniae. Schwittenstern. (Sem. Cydon. p. 1, Aqua Ros. p. 50). Vis emolliens. Usus ex-

ternus (Papillæ ulcerosæ, combustio, varices haemorrhoidales, morbi oculorum). Applicatur vel mera vel aquæ partibus 3—5 (in lotionibus et collyriis) diluta. Cave acida, spirituosa, sales plumbi.

Mucilago Gummi arabici. Gummi stem. (Gi arab. p. 1, Aqu. dest. p. 2). Vis emolliens, involvens. (Catarrhus, diarrhoea, dysenteria; excoriationes). Datur vel sola vel potui admixta. In emulsionibus parandis una cum saccharo, ubi tamen Gi arab. pulv. præstat. Cave spirituosa, sales plumbi, Bibor. natrium.

Mucilago Salep. Salep stem. (Tub. Sal. p. 1, Aqu. dest. ad muc. p. 100). Vis nutriendis, involvens, emolliens. Usus ad libitum (morbi hectici, catarrhus, diarrhoea, dysuria?, dysenteria). Cave acida, spirituosa, Oxid. magnesicum, sales multos metallicos.

Myrrha electa, vide Resin. Myrrh.

Myrtilli baccæ, vide Fructus Myrtill.

Nicotianæ folia, vide Folia Nicot.

* Nicotina. Nicotin. Vis, vide Fol. Nicotianæ. (Exanthemata chronica?, palpitatio cordis nervosa?; paralysis vesicæ). Mgm 1!—2 pd. in vehiculo mucilaginoso. Remedium incertum et periculosum. Cito destruitur.

Nitras argenticus. Salpetersyrad silfveroxid. (In bacillis). Vis adstringens, tonica, antispasmodica, irritans, venenosa, externe defendens, adstringens, irritans, derivatoria, caustica. (Haemorrhagia ventriculi, ulcus ventr. chronicum, dysenteria, diarrhoea catarrhalis, gastrodynæ, epilepsia, chorea; blennorrhœæ, dysenteria, conjunctivitis, angina, catarrhus laryngis chronicus, stomatitis, salivatio, catarrhus vesicæ, diphtheritis, panaritium, exanthemata chro-

nica, bubo, haemorrhagia post morsus hirudinum, ulceræ indolentia et spongiosa, excrescentiae et condylomata, fistulae, uleus syphiliticum primarium, stricturæ, ect.). Interne egm 1—3 < pd. 2—3 dd. vel in solutione pure aquosa vel in pilulis (cum Rad. Alth.). Exitanda sunt lac, jusculum, quæ salita sunt. Externe vel sal concretum (cfr. sequentes) applicatur vel solutio aquosa aut glycerinica (oculis); sol. caustica oculis gm 1, euti gm 1—2 ad gm 50; sol. adstringens ad gm 50, egm 3—5 vesicæ, egm 5—20 conjunctivæ, egm 10—50 pharyngi, urethræ, vaginæ; ad inhalandum egm 10—30 ad gm 50; in enemate egm 5—50 vel magis. Cave immistiones plerasque, præ ceteris chlorreta. Datur in vitro denigrato vel flavo.

Nitras argenticus mitigatus. (Nitr. arg., Nitr. kal. ana p.). Bacilli firmiores. Vis prioris, sed mitior. Usus externus.

Nitras argenticus bis mitigatus. (Nitr. arg. p. 1, Nitr. kal. p. 2). Usus prioris.

Nitras kalicus. Salpetersyradt kali, salpeter. Vis circulationem moderans, refrigerans, diuretica, primas vias irritans. (Exanthemata et inflammations acutæ, præsertim pneumonia, pleuritis, endo- et pericarditis, motus febriles, congestiones et haemorrhagiae activæ, hydrops acutus). Cgm 50—100 pd. omni hora vel hora quaque secunda in pulvere vel solutione (gm 3—10 ad gm 150 aquæ cum syrupo, Inf. frig. Alth. vel Emuls. amygd.). Externe (quum deest glacies) in Fom. frig. Schmuckeri: Chloreti ammon. p. 1, Nitr. kal. p. 3; granditer pulverata vesicæ immituntur et mixturâ ex Aceti et aquæ ana p. sensim humectantur. Cave acida mineralia. *Pulvis Nitri tartaricus.*

Nitras natricus. *Salpetersyrad natron.* Vis refrigerans, antiphlogistica. (Inflammationes leviores, motus febriles, diarrhoea catarrhalis). Gm $\frac{1}{2}$ —2 pd. in solutione.

ꝝ **Nitras strychnicus.** *Salpetersyrad strychnin.* Loco Acetatis strychnici. Vis antiparalytica, tetanica, vehementer venenosa. (Affectiones paralyticae motoriae, præsertim saturninae, rheumaticæ et traumaticæ, atrophia muscularis, prolapsus, enuresis, chorea). Mgm 3—5—10! pd. 1 (—2) dd. ob effectum cumulativum cautissime, vel in pulvere vel in pilulis (egm 5, solve in Aqu. serv. qu. s., Extr. Glyc. gm $2\frac{1}{2}$, Rad. Glyc. qu. s.; fiunt pil. 50; N:o 1 = mgm 1). Externe ad infractionem egm 3—50 ad Axungiae vel Ungu. Glycerini gm 5; injectio hypodermatica egm 5 ad Aquæ gm 8; gutt. 10—12 = mgm 5. Endermatice mgm 7—15 pd. Cave alkalia, tannica.

Nux moschata, vide Semina Myristicæ.

Nux vomica, vide Semina Nuc. vom.

Oleum Amygdalarum. *Mandelolja.* Vis emolliens, lubricans, aperiens. (Irritatio intestinorum et organorum respirationis). Cochl. min.—cochl. maj. pd. 2—6 dd. vel saepius. Vel merum sumitur vel in linctu aut emulsione (gm 50—50, Gi arab. gm 15—25, Aquæ dest. vel Aqu. Am. am. dilutæ gm 150 aut Aqu. gm 120 & Syr. Alth. gm 50). *Linctus oleosus, Unguentum Cetacei.*

Oleum Anthos, vide Aetherol. Rosmar.

Oleum Cacao. *Butyrum Cacao.* *Kakao:olja.* Vis emolliens, leniens. Gm 4— $4\frac{1}{2}$ pd. vel in pulvere (gm 10, Sacchari, Eleos. Foenic. ana gm 15, cochl. min. pd.) vel in emulsione (gm 15, Gi arab. gm 8, Aqu. dest. gm 120, Syr. Ceras. gm 30; fit calore adhibito emulsio).

Externe in unguentis, præsertim ophtalmicis et cosmeticis
cum dimidia parte Olei Amygd.), pessariis, suppositoriis.

Oleum Cajeput, vide Aetherol. Cajep.

Oleum camphoratum. Solutio Camphoræ
oleosa. **Kamferolja.** (Camph. p. 1, Ol. Oliv. p. 4). Vis
irritans, resolvens. Usus externus.

Oleum Cassiae, vide Aetherol. Cassiae.

Oleum de Cedro, vide Aetherol. Cedro.

Oleum Cornus Cervi empyr. rectificatum, vide Pyroleum animale rectificat.

¶¶ **Oleum Crotonis** loco Olei Crotonis Ed. VI.

Krotonolja. Vis vehementer drastica, hydragoga, acris,
venenosa; externe rubefaciens, pustulans, derivans. (Tor-
piditas tubi intestinalis, colica saturnina, obstipatio, hydrops,
paralysis, apoplexia, trismus, mania; crōup, exsudata, neur-
algiae, odontalgia et otalgia rheumaticæ, rheumatismus chro-
nicus). Cgm 1—2—51 pd. (gtt 4 = cgm 4—5) si re-
quiritur caute iteratā, vel in solutione oleosa (gtt 4, Ol.
Oliv. vel Amygd. gm 30, cochl. min. pd. ad effectum) vel
in pilulis (gtt 5, Sap. albi hisp., Rad. Alth. ana gm 2,
AQU. qu. s.; fuent pil. 50) vel in emulsione (gtt 2—4, Ol.
Ric. vel Oliv. gm 8, Gi arab. gm 5, Aqu. dest. gm 120,
Syr. Alth. gm 30; cochl. = gtt $\frac{1}{5}$ — $\frac{2}{5}$). Externe in
clysmate gtt 1—2 forma emulsionis; ad infriacandum vel
oleum merum vel cum olei pinguis p. 2—3 mixtum.

Oleum Filicis maris, vide Extract. Filicis.

Oleum Hyoscyami infusum. **Bolmört-
olja.** (Hyosc. fol. p. 4 ad Ol. Oliv. p. 5). Vis emolliens,
anodyna?, antispasmodica? Usus externus ad infractiones
(non raro cum Ol. camphor. vel Ungu. Hydrargyri).

Oleum Jecoris aselli album et flavum. Torsklevwertran. Vis nutriens, alterans? (Scrophulosis erethica, tuberculosis chronica, exanthemata chronicā, psoriasis, impetigo, lepra, lupus). Cochl. 2—4 dd. (infantibus cochl. min. 1—3 dd.) optime ante cibum; sumitur merum vel cum Aetherol. Menth. pip. mixtum. Gelatina Jec. Aselli = p. 6, Cetacei p. 1. — Ol. J. As. jodatum e cgm 10—15 Jodi ad Olei gm 500; Ol. J. As. ferratum e Ferri pulv. gm 5—10 et Ol. J. As. gm 500, per horas 24 digestis paratur; dosis cochl. min. 2—3 dd. Externe ad infractiones vel fomenta; etiam in enemate.

Oleum Lauri. Lagerolja. Vis stimulans, resolvens. Usus externus. Unguentum Lauri tereb.

Oleum Lavendulae, vide Aetherol. Lavand.

Oleum Lini. Linolja. Vis emolliens. Usus pharmaceuticus et externus. Liniment. calcicum.

Oleum Macidis, vide Aetherol. Macidis.

Oleum Myristicæ, Oleum Nucis moschatae. Muskatölßam. Vis stimulans, antispasmodica. (Colica et diarrhoea infantum). Usus externus. Unguent. Myrist. comp.

Oleum Olivarum. Olivolja. Vis emolliens, demulcens, aperiens. (Affectiones catarrhales, irritatio ventriculi et tubi intestinalis, obstructio; externe rheumatismus, tumores, congelatio, excoriationes, exanthemata, etc.). Cochl. min. 1—3 ad cochl. maj. 2—4 dd. vel merum vel in emulsione (gm 30, Gi arab. et Saech. ana gm 10, Aquæ gm 150) aut linctu. Externe in enemate, infractionibus. Usus ceterum pharmaceuticus ad conficiendum unguenta, emplastra, cerata, solutiones oleosas. Linctus oleosus acidulus.

* **Oleum Palmæ.** **Palmolja.** Vis emolliens, leniens. (Combusta, papillæ ulcerosæ). Vide ne rancidum sit.

Oleum Ricini. **Ricinolja, laxerolja.** Vis emolliens, lubricans, laxans. (Affectiones inflammatoriae canalis intestinalis, enteritis, peritonitis, dysenteria, et ubi irritatorem aliorum laxantium timeas, obstipatio, colica saturnina, ileus, hernia incarcerata, helminthiasis, cet.). Gm 30—50 semel vel cochl. maj. pd. omni horâ vel horâ quâque secundâ ad effectum (infantibus cochl. min. pd.). Dosis refracta cochl. min. pd. 4—6 dd., merum vel in emulsione. Optime sumitur cum juscule haud insulso, decocto Avenæ, potu coffeaceo vel, si fieri potest, in spiritu frumenti vel sp. vini gallico. Externe in enemate gm 30—50.

Oleum Succini crudum, vide Pyroleum Succ. crud.

Oleum Succini empyreumaticum rectificatum, vide Pyroleum Succ. rectificat.

Oleum sulphurato-terebinthinatum. Balsamum Sulphuris terebinthæ. Vis diuretica, externe irritans, resolvens. Usus externus (ulcera atonica vel putrida, dolores rheumatici et arthritici); internus obsoletus, nisi domesticus.

Oleum Terebinthinæ, vide Aetherol. Tereb. crudum.

Oleum Vitrioli, vide Acidum sulphurie. conc. crudum.

Olibanum, vide Gummi-resin. Oliban.

ꝝ **Opium.** Pulveratum contineat Morphinæ p. 9—11 in 100 p. Vis primum incitans, dein sedativa, ano-

dyna, antispasmodica, hypnotica, diaphoretica?, secretiones cohibens, narcotice venenosa. (Gastritis, peritonitis, enteritis, cystitis, pneumonia; exaltatio nervosa, typhus sine hyperaemia cerebri, delirium tremens, insomnium; beneficium ex spirituosis, strychnina, atropina; neuralgia, gastralgia, prosopalgia, rheumatalgia, odontalgia, dolores; morbi spasmodici et convulsivi, præsertim ductus biliarii, urethræ, uteri et vesicæ, tetanus, trismus, colica spasmodica et saturnina, tussis, tenesmus, hyperemesis, abortus; diarrhoea, dysenteria, cholera, catarrhus chronicus; haemorrhagiae ex erethismo, cet.). Ut adjuvans vel corrigens conjungitur cum acidis, ipecacuanha, camphora, acetate plumbico, sulphate chinico, adstringentibus, mercurialibus, cet. Cgm 1—3 pd. (cutem et secretiones petens) 4—6 dd., non raro cum aliis remediis; egm 5—5—10 < cgm 15!—30 pd. (dolores atroces, spasmi violenti, delirium tremens, tetanus) 2—4 dd. Datur in pulvere, pilulis vel præparatione quadam fluida; corriguntur effectus injuriosi additis Nitrate vel Sulphate kalico, Succo Citri, acidis. Infantibus teneris, feminis gravidis et lactantibus vix datur. Externe in enemate (tinctura), in pilulis odontalgicis, in collyriis p. 1—5 ad p. 500, in unguento p. 1 ad p. 4—10 Axungiae. Ubi decompositionem opii soluti evitare velis, cave alkalia et eorum carbonates, sales metallicos, tannica. *Opium depuratum, Acetum thebaicum, Enema Opii, Pilulae Ammon. theb., Pil. Styr. theb., Pulvis Ipecac. theb., Syrupus thebaicus, Trochisci Glyc. theb., Tinct. thebaica, Tinct. theb. benz., Tinct. Castorei theb., Vinum Glyc. theb., Vin. theb., Vin. theb. crocatum.* Cfr *Acet. morphic., Chloret. morphic., Morphina.*

Opium depuratum (siccum). **Nenadt opium.** Vis praecedentis, sed secretiones minus forsitan cohibens nec effectus congestionis provocans (?). Usus et dosis, vide Opium.

Opodeldoc, vide Liniment. Opodeldoc.

Ossa usta præparata. Cornu Cervi ustum præparatum. *Preparerade brända ben.* *Emulsio Ossium ustorum.*

* **Oxalas cerasus venalis.** **Oxalsyrad cer-**
oxibul. Vis antispasmodica, tonica. (Emesis gravidarum, hysteria). Cgm 5--10 pd. in pulvere vel pilulis (cum Extr. Gentianæ).

Oxidum calcicu[m]. Calx usta. **Ostäckt kalk.** Usus chemicus. *Solutio Hydratis calcici.*

Oxidum hydrargyricum. **Qwickfist-**
weroxid. Vis alterans, antisyphilitica, sialologa, venenosa; externe irritans, caustica. (Affectiones syphiliticæ; condylomata, ulcera syphilitica, morsus animalium rabiosorum, morbi oculorum varii, trachoma, pannus, blepharitis ciliaris, et.). Mgm 8--10 < egm 5! pd. 2 dd. (post cibum) in pulvere (egm 12, Sulphureti stib. dep. gm 10, Saceb. gm 3; div. in p. 16; sumantur 2 dd, quo facto dosis per hebdomadas quatuor augeatur ad egm 6 dd.; dein minuantur; administrato semper decocto quodam purificantem, Berg) vel in pilulis (cum Extr. et Pulv. Glyc.). Externe vel merum vel cum Saceb. pulv. mixtum vel in unguento p. 1 ad Ungu. Glycerini p. 10--15, ophthalmico p. 1--2 ad p. 50. Cave acida, sales.

Obs. Oxidum hydrargyricum flavum, præcipitando pa-

ratum, illius loco non est adhibendum, nisi ad usum externum; tum vero diserte præscribatur.

Oxidum magnesicum leve. Magnesia leniter usta. Præstans in veneficiis (non solum acidorum fortiorum, sed etiam acidi arsenicosi, chlorei hydrargyrici aliorumque salium metallicorum) antidotum chemicum. Dantur gm 1—3 cum gm 20—50 aquæ tepidæ, ut liquor quasi lacteus oriatur, mixta pd. sæpius repetitâ. Cfr *Hydras ferrico-magnesicus*.

Oxidum magnesicum ponderosum. Magnesia ponderosa. Vis antacida, majori dosi laxans. Usus, vide *Hydratocarb. magnesicum*, quo tamen præstantius est, quoniam gasem acidi carbonici non tradit. Cgm 30 — gm 1½ pd. in pulvere (non diu servando), linetu vel mixtura conquassanda. Datur etiam formâ trochiscorum. Cave acida, sales acidos, metallicos, ammoniacales.

Oxidum plumbicum. Lithargyrium. *Plumbum, blyglete.* Usus chemicus et pharmaceuticus.

Oxidum zincicium. Zinkoxit. Vis adstringens, irritans, antispasmodica; externe siccans, adstringens. (Eclampsia, convulsiones infantum, pertussis, chorea, epilepsia; excoriations, decubitus, ulcera, exanthemata copiosæ secretionis, blepharo-adenitis chronica). Cgm 5—10—20 < 50 pd. in pulvere vel pilulis (cum valeriana, hyoscyamo, opio, rheo, magnesia; Pilules de Méglin Ph. Gall. = Extr. Valer., Extr. Hyosc., Ox. zincici ana gm 5, fiant pil. 100). Ad usum externum adhibeatur oxidum venale (vide sequens). Cave acida, sales acidos et metallicos.

Oxidum zincicium venale. Zinkhwitt. Vis et usus, vide præcedens. Externe vel oxidum merum vel

cum Amyli p. 3—4 mixtum ad conspergendum; in unguento p. 1 ad p. 4—9 Uogu. Glycerini vel Axungiæ (ophthalmico p. 1 ad p. 9—15).

Oxymel. Ättikhoning. (Ac. acet. p. 8, Mellis dep. p. 100). Vis refrigerans; externe leviter adstringens, detergens. (Motus febriles; angina tonsillaris). Additur potui, mixturis vel decoctis (p. 1 ad p. 3—5). Externe in gargarismate. Cave alkalia et carbonates, tartr. kalicum, emulsionem amygd et cannab.

Oxymel Scillæ. Zölökhoning. (Ac. Scillæ p. 1, Mellis dep. p. 3; evap. ad p. 3). Gm 1 = Bulb. Scillæ egm circiter 3. In linctibus pectoralibus et mixturi diureticis; infantibus emeticum (incertum) cochl. min. pd. ad effectum. Externe in gargarismate p. 1 ad p. 5—6).

Passulæ minores, vide Fructus Vitis minutæ.

Pasta Cacao. Chocolata. Chokolad. Vis nutritiens, leniens. Cum aqua vel lacte fervidis mixta, addito Saccharo. Pasta Cac. saccharata cum sacch. ana p.; Pasta Cac. cum Lich. island. Ph. Dan. = p. 90, Lich. isl. pulv. p. 10, Tub. Salep pulv. p. 1. Constituens pulverum et trochiscorum.

* **Pasta Glycyrrhizæ.** Pasta Liquiritiae. Vis demulcens, expectorans. (Raucedo, tussis, catarrhus bronchiorum).

Petala Rosæ centifoliae. Rosæ multipl. petala. Dubbla törnrosor. Vis odorifera. Aqua Rosæ, Conserva Rosæ.

Petala Rosæ gallicæ. Rosæ domest. petala. Ättikrosor. Vis colorans, leviter adstringens. Infusum Rosæ acidulum.

Petroleum, vide Pyroleum petræum.

Petroselini semina, vide Fructus Petrosel.

Phellandrii semina, vide Fructus Phellandr.

Phosphas natricus. **Fosforsyradt natron.**

Vis antacida, diuretica, laxans. (Aphæ, diabetes?, serophulæ s. dictæ ossium?). Gm $\frac{1}{2}$ —2 pd. in pulvere vel solutione. Laxans mite, saporis haud ingrati, infantibus et feminis aptum, dosi gm 15—30 in solutione. Cave acida fortiora, sales terreos ac metallicos.

ꝝ **Phosphorus**. **Fosfor.** Vis excitans, aphrodisiaca, vehementer venenosa; externe irritans, pustulans. (Tybus, cholera, paralysis partialis, impotentia?; rheumatismus chronicus, ischias, neuralgiae). Usus internus incertus et periculosus, ideoque obsoletus; mgm 5—10! < 45 pd. in solutione ætheroleosa vel oleosa (additis Aetherolei Cedro guttis, ut odor ingratus tollatur neque remedium caligine lucescat). Externe in tali itidem solutione e egm 5—20 ad gm 30 confecta. Datur in vase denigrato.

Pilulae Aloës crocatae. Pilulae Rifi. (Gires. Myrrh. gm $2\frac{1}{2}$, Stigm. Croci gm $2\frac{1}{2}$, Aloës gm 5, Syr. Sacch. qu. s.; fiunt pil. 100). N:o 1 = Aloës egm 5. Vis emmenagoga, laxans. N:o 2—3 pd. 2 dd. Laxans = N:o 5—6.

ꝝ **Pilulae Ammoniaci thebaicæ**. Pil. Gummi Ammon. theb. (Opii gm 1, Bulb. Scillæ gm 2., Gires. Myrrh. gm 5, Gi-res. Ammon. gm 10, Glycerini qu. s.; fiunt pil. 100). N:o 1 continet Opii egm 1. Vis expectorans, sedativa. N:o 3—5 pd. 1—2 dd.

Pilulae Colocynthidum compositæ, loco Pil. Coloc. comp. Ed. VI. (Flor. Caryoph. gm 1, Res.

Jalap. gm 2, Extr. Coloc. comp. gm 7, Extr. Abs. qu. s.; sunt pil. 100). Vis drastica, hydragoga. N:o 5—7—10 pd.

Pilulae foetidae succinatae. (Pyrol. anim. rectif. gm $\frac{1}{2}$, Ac. succin. gm $1\frac{1}{2}$, Gi-res. Asæ foet. gm 5, Castorei gm 5, Tinet. Myrrh. qu. s.; sunt pil. 100). Vis excitans, antispasmodica. N:o 5—8 pd. 4—3 dd.

Pilulae Gummi ammoniaci thebaicæ, vide Pil. Ammon. theb.

Pilulae Gummi Guttæ aloëticæ, vide sequentes.

Pilulae Guttæ aloëticæ. (Gi-res. Gutt. gm 5, Gi arab. gm 5, Gi-res. Galb. gm 4, Aloës gm 7, Aetherol. Carvi gm $1\frac{1}{2}$, Syr. Saech. qu. s.; sunt pil. 100). Vis laxans. N:o 2—4 pd. 2—4 dd.

Pilulae Hydrargyri loco Ed. VI. (Hydrarg. dep. gm 5, Conserv. Ros. gm $7\frac{1}{2}$, Rad. Glyc. gm $2\frac{1}{2}$; sunt pil. 100). N:o 1 = hydrarg. cgm 5; N:o 5 igitur = N:o 5 Ed. VI. Vis alterans, antiplastica, antibiliosa, sialologa, laxans. (Torpor hepatis, icterus, syphilis, constipatio (caute!)). N:o 1—2 pd. 4—2 dd.; N:o 2—5 purgant.

Pilulae Iodeti ferrosi. Pil. Blancardi. N:o 1 continet cgm 5. Vis tonica, alterans. (Syphilis vel scrophulosis cum anæmia junctæ, tumescentia hepatis vel splenis, infaretus uteri, tumores ovarii, cet.). N:o 1—3 pd. pluries dd.

Obs. Praescribi etiam possunt hæ pilulae, vernice non obductæ; sunt pretio viliores, sed mutantur citius.

Pilulae Myrrhae ferratæ. (Sulphat. ferros. gm 5, Carb. kal. gm 6, Gi-res. Myrrh. gm 12, Muc. Gi arab. qu. s.; sunt pil. 100). N:o 4—5 pd. 2—3 dd.

Pilulae Styracis thebaicæ. (Opii gm 2, Bals. Styr. liqu. gm 4, Rad. Glyc. gm 6; sunt pil. 100). N:o 1 = cgm 12 = Opii egm 2. Vis expectorans, sedativa. (Catarrhus, tussis). N:o 2—3 pd. Pulveris forma incommoda, nisi copia satis magna Pulv. gummosi additur.

Pimpinelle radix, vide Rad. Pimpin.

Pini turiones, vide Gemm. Pini.

Piper album, vide Semina Pipéris.

Piper hispanicum, vide Fructus Capsici.

Pix liquida, vide Pyroleum Pini.

Pix Pini. Pix solida. Beck. Vis adhærens, irritans. Usus externus. *Emplastrum Picis, Tela vesicatoria, Unguentum plumbicum.*

Pulpa Colocynthidum. Koloqvint. Vis amara, majori dosi drastica, hydragoga. Cgm 3—20—50 pd. (mgm 15—50 dosi refractæ). Adhibentur potissimum ejus preparata *Extractum Coloc. comp., Pilulæ Coloc. comp., Tinctura Coloc. comp.*

Pulpa Tamarindorum cruda. Tamarind. Depuratur. Vide sequens.

Pulpa Tamarindorum depurata. Vis refrigerans, diuretica, laxans. (Morbi inflammatorii, icterus catarrhalis, circulatio abdominalis lenta, et cetera). Gm 50—50 dd. in mixturi refrigerantibus vel solventibus. — Serum Lactis tamarindatum = gm 50 ad lactis ferventis gm 1000 (poll. cub. 40), gm 500—1000 dd. cum dieta. Cave carbonates. *Electuarium Sennæ.*

Pulvis amarus ferratus. (Sem. Cardam., Sulph. ferrosi ana p. 1, Flor. Cinæ, Flor. Tanac. ana p. 2).

Vis adstringens, vermifuga. Infantibus egm 30—100, adultis gm 1—2 pd. bis dd.

Pulvis Ari alka'linus. (Bicarb. kal., Cort. Can. alb. ana p. 1, Rhiz. Calami, Rad. Pimp., Rhiz. Ari ana p. 2). Vis antacida, stomachica. (Affectiones dyspepticæ). Gm 1—2 pd. 2—4 dd.

Pulvis aromaticus. (Sem. Cardam., Rhiz. Zing. ana p. 1, Cort. Cinn. ceyl. p. 2). Vis stimulans, carminativa. Cgm 30—100 pd. Corrigens amarorum et catharticorum.

Pulvis effervescentia. loco Pulv. Bicarb. natr. tartarici. Fräspulver. (Bicarb. natr. gm 2 in charta cærulea; Ac. tart. gm 1½ in charta alba; separatis dantur. Ambo dosin unam efficiunt.). Vis digestiva, sedativa, secretiones augens, analeptica. (Catarrhus gastricus et bronchialis, gastrodynia, nausea, hyperemesis, ect.). Dosis 1 pd. in multa aqua; sumitur inter effervescentiam. — Obs. quod numerus dosium, nec pondus pulveris, praescribendus est.

Pulvis effervescentia compositus. Pulvis aërophorus laxans vel Sedlicencis. Laxerande fräspulver. (Tartr. natr. kal. gm 8, Bicarb. natr. gm 2 in charta cærulea; Ac. tart. gm 1½ in charta alba; separatis dantur; ambo dosin unam efficiunt). Vis digestiva, mite laxans. Dosis 1 pd. cum multa aqua et inter effervescentiam sumenda. — Praescribatur non pondus pulveris sed dosum numerus (1—2).

Pulvis gummosus. (Rad. Alth. p. 1, Gi arab., Sacch. ana p. 2). Vis emolliens, involvens. Raro solus praescribitur dosi gm 1—2; saepius ut excipiens medicamentum pectoralium.

Pulvis gummosus stibiatus. (Kerm. min. p. 1, Sacch. p. 9, Pulv. gummos. p. 30). Cgm 120 = Kermetis egm 3. Vis expectorans. Cgm 80—200 pd. 2—4 dd. Cfr Kerm. miner.

♀ **Pulvis Ipecacuanhae thebaicus** (Pulvis Doveri). (Rad. Ipec., Opii ana p. 1, Sulph. kal. p. 8). Cgm 50 = Opii egm 5. Vis sedativa, diaphoretica. (Rheumatismus, arthritis, dysenteria, diarrhoea catarrhalis). Cgm 30—50 pd.

Pulvis Magnesiae aromaticus. Pulvis Magnes. comp. Ed. VI vel Pulv. galactopoeus Rosenii. (Flav. Aur., Fruct. Foen., Sacch. Lactis ana p. 1, Hydratocarb. magnes. p. 4). Vis antacida, stomachica. Cochl. min. pd. pluries dd.

Pulvis Magnesiae compositus, vide Pulv. Magnes. aromat.

Pulvis Magnesiae cum Rheo, loco Pulv. Rhei cum Magnesia. **Barnypulver.** (Aetherol. Foen. p. 1, Sacch., Rad. Rhei, Hydratocarb. magnes. ana p. 100). Vis antacida, digestiva, laxans. Infantibus egm 30—50 pd., horā quāque secundā vel tertiā, ut alvum moveat.

Pulvis Magnesiae tartaricus. (Aetherol. Menth. pip. p. 2, Sacch. p. 400, Hydratocarb. magnes., Ac. tart. ana p. 100). Vis digestiva, sedans, secretiones promovens. (Affectiones gastricæ, vomitus). Cochl. min. pd. omni horā vel horis alternis. Inter effervescentiam sumitur. — Etiam sine ætheroleo adhibetur.

Pulvis Nitri tartaricus. **Sylande pulver.** (Hydratocarb. magnes. p. 1, Ac. tart. p. 2, Nitr. kal. p. 10, Sacch. p. 30). Vis refrigerans, antiphlogistica. Cochl. min. pd.

Pulvis Rhei cum Magnesia, vide Pulv.

Magnes. c. Rheo.

Pulvis Scillæ boraxatus. (Bulb. Scillæ p. 1, Bibor. natr. p. 10, Sæch. p. 19, Bitartr. kal. p. 70). Gm 1 = Scillæ egm 1. Vis diuretica. Gm 2—4 pd. 3—4 dd.

Pulvis Tartari compositus. Pulv. dentifricius. **Tandpulver.** (Coccion. p. 10, Rhiz. Irid. p. 100, Bitartr. kal. dep. p. 300, Aetherol. Caryoph. p. 5, Gi-res. Myrrh. p. 100, Kino p. 100). Vis dentifricia.

Pyrethri radix, vide Rad. Pyrethri.

Pyroleum animale crudum. Oleum Corn. Cervi empyreum. **Wildbränd hjorthornsolja.** Rectificatur.

Pyroleum animale rectificatum. Oleum Corn. Cervi empyreum. rectif., Oleum anim. Dippelii. **Rectificerad wildbränd hjorthornsolja.** Vis excitans, antispasmodica, diaphoretica, anthelmintica; externe stimulans, irritans. (Typhus adynamicus, exanthemata retrogressa, affectiones hystericae, helminthiasis; neuralgiae, paralysis). Gtt 2—5 < 10 pd. vel in pilulis vel cum æthere aut tinturis. Externe in linimentis vel unguentis (pyroleum crudum). **Supercarb. ammon. pyroleosus, Liquor Supercarb. ammon. pyrol., Pilula foetida succinata.**

Pyroleum Benzinum. Benzoleum, Benzinum. P. spec. 0,85—0,89. Vis antiparasitica. (Scabies, trichiniasis tubi intestinalis). Cgm 30—50 pd. omni horâ vel horâ quâque secundâ sub forma emulsionis (gm 5—5, Gi arab., Extr. Liquir. ana gm 5, Aqu. Menth. pip. gm 150, cochl.). Externe vel merum vel cum Axungiæ quadruplo.

Pyroleum Lithanthracis. *Stenkolstjära.*

Vis desinfiens, antisepтика. Usus externus (ulcera putrida). P. 1 ad Sulph. calcici p. 20 ulceribus vel adspersitur vel formâ unguenti (cum Axungia) applicatur. Ad contagia vel miasmata delenda Ac. phenylicum commodius est.

